8465083L7y55T

Ly 5826-42

Jenny 1226

Luther denigrating Henry VIII

Complete with original
blank leaf H^4

First Latin edn printed same year
as original edn in German

ZNO 8404

ude
JA
5228

John Burns. Nov 19 1919 m

↑

Famous English Collector

CONTRA HENRICVM REGEM ANGLIAE

MARTINVS LVTHER.

Longe alius est hic liber cꝫ ille quem ANTE HVNC uernacula lingua scripsit.

VVITTEMBERGAE.
M. D. XXII.

IESVS.

GENEROSO ET NOBILI VIRO D. SEbastiano Schlik, comiti in Passun, Domino in Elbogen &c. suo in Christo Maiori Martinus Luther Ecclesiastes Vvittembergensis.

Fuga Lutheri in Bohemiam.

GRATIA & pax in Christo. Tertius & amplius annus agit (Generose Comes) quod furiosus Papistarũ populus me insimulat fugæ ad Bohemiã, idq; mirum in modũ sitit audire, scilicet hoĩes belli, hac sola fama triumphaturi, gloriaturi, & clamaturi: Vicimus, Hæreticus fugit ad hæreticos. Sic em̃ uecors illa & indoctissima Papistici corporis Belua, postq; uidet sese erudi tione & ueritate uictã, nec posse stare totã colluuiem suorũ asinorũ aduersus unũ Lutherum, torquetur & uritur, unicum hoc respiraculũ suspirans, ut fugiã in Bohemiã, ut saltem opprobrio alieni noĩs sese solẽtur, & terribiles Emim sese fingant, qui præ sua inscitia & mala cõscientia, nullubi audent cõparere. Apparui ego iam tertio, corã eis, denicq; Vvormatiam ingressus sum, etiã cum scirem mihi uiolatã esse a Cæsare fidẽ publicã, (Nam didicerunt principes Germaniæ, olim de fide laudatissimæ gentis, nũc, in obsequiũ idoli Romani, nihil magis q̃ fidem contẽnere, in perpetuã nationis ignominiã.) Sic ausus est fugitiuus ille & meticulosus Lutherus in gyrum dentiũ Behemoth insilire. At illi tremẽdi Gygantes quid? Toto hoc triennio, nõ est inuentus unus, qui ad nos Vvittembergam cõcederet, & corã nobis etiã staret, cũ & certissimi sint de fide & tutela (nempe sub Cæsaris sui præsidio acturi omnia) adhuc audent hoĩes effœminati & excordes sperare triumphũ mea fuga, fœdissimã suam ignominiã honestaturi, qua toto orbe celebrantur, sese præ ruditate & pauore animi, nõ audere in conspectum unius Lutheri prodire. Quid putas hæ fragiles Bullæ facerẽt, si & ipsi cogerẽtur corã aduersario Cæsare & hostibus præualẽtib⁹ sistere? Sed in mille diuerticula fugerẽt mi-

Meticulosi Papistæ.

seri, qui nũc in cunicul' suis sicut sorices mussitãt, Lutherus meditat' fugã. Sic & rex Angliæ hoc libro multa saliua blacterat, de fuga mea in Bohemiã, hõ sapiens. s. q credit ideo suũ librũ esse uictoriosũ & digne scriptũ, si ad Boemos Lutherus fugerit, tã uecors & muliebris ẽ stolidi regis iuidia.

Ego uero, q̃uis ardeat animus uidere Bohemiã & religionẽ Papisticis monstris tam odiosam, tamẽ hactenus abstinui & abstinebo, nõ quod opprobriũ noĩs metuã, quod celeberrimæ natiõi, uilissima hominũ fex, Papistæ, cũ summa pfidia & iniuria inusserũt. Nã iustissima caussa Bohemi homicidas istos & Antichristos Papistas deseruerunt, postq̃ innocẽtẽ uirũ Ioannẽ Huſ, ipsi septies hæretici, exusserũt, & utrãq̃ speciẽ a Christo institutã sacrilege dãnauerũt. Hæ em̃ caussæ odij Papistici in hãc gentẽ, nec aliqñ purpuratæ isti⁹ meretricis spurij, agnoscũt ferale suũ homicidiũ, & dãnati Euãgelij sacrilegiũ, quin pergũt furorẽ suũ tueri, & opprobriũ, quo ipsi corã deo insignes sunt, alienæ & innocẽti natiõi ĩponere. Nõ ergo opprobriũ Bohemici noĩs metuo, quæ gloria est corã deo, sed q̃d Christ⁹ me hic posuit, ut torqueã Papistica mõstra, dũ nihil inuenire in me possunt, q̃d iactare uellẽt, in suæ incredibilis inuidiæ respiraculũ, Cruciari eos uult Christ⁹ sua ipsorũ inuidia & dirũpi ꝓpria malicia. Expecto igit eos hic & expectabo, impotẽtissimã eorũ inuidiã egregie irritatur⁹ & torturus, donec uixero: Si aũt me occiderint, multo maxĩe cruciaturus, Sic em̃ datus sum illis in portentũ a dño meo Christo, ut siue me uiuificẽt, siue occidãt, nihil gratiæ, nihil pacis, nihil solacij habitura sit furialis eorũ consciẽtia, ut duplici cõtritione cõterantur, & præsentis inuidiæ cruce, æternam mereantur geennæ torturam, Instat enim mors Papatus abominabilis, urget eũ ineluctabile suum fatum, & (ut Daniel ait) ad finem sui uenit & nemo auxiliabitur ei. Ita concurrimus utrinq̃, illi extremo furore, ego summo contemptu, & uincet audacia mea

Bohemorũ caussa.

Lutherus Papistis.

in Christo nouissimam illorũ & iam pallentem furiam.

Aliam uero fugam in Bohemiam meditor, ne nihil ueri uaticinentur sibi Papistici Pythones, sed de qua maiorem cõpunctionis spiritũ sint passuri: hæc est, iuxta illud Mosi, prouocabo eos in nõ gente, & in gente stulta irritabo illos. Nam tantũ meis libellis breui (propitio Christo) efficiam, ut Bohemi a suo opprobrio liberi, soli autẽ Papistæ sint nomen abominationis in orbe terrarũ, ut maledictum & anathema sit, esse Papistam. Nõ quod omnia Bohemorũ probem, cum eorũ res ignorẽ, & sectas esse inter eos audiam, sed quod Papistica turba illis cõparata, fœtor & nausea futura sit in toto mundo, qui nihil nisi sectæ sunt ipsi, adeo ut soli Franciscani inter sese ferme sex sectis scissi sint.

Papistæ ad Bohemos collati.

Hæc aũt ad te scribo Heros Generose, ut mihi initiũ huius fugæ captem apud te, qui regnas in Bohemiæ initio, cõfinis Germaniæ, ut per te tuãq; ditionem procedã in totam Bohemiã. Rex laicus scripsit ad sacerrimũ suum Pontificẽ. Ego quondã miseratione Papæ clericus scribere debui ad Christianissimũ laicum. Audio enim te incredibili studio feruere in puram Euangelij ueritatẽ, & abominationes & scandala Romanæ pestilentiæ undiq; e tuo dominio profligare. Macte uirtute clarissime Heros, sic abolebitur opprobrium Bohemici noĩs, & redibit meretrici in sinum suum, sentina illa mendaciorũ & fornicationũ suarũ, ut reuelẽtur pudenda eis orbi terrarũ ad sempiternã ignominiã. Hoc sit initiũ fugæ meæ. Hæc spes optimi exempli, quod imitentur reliqui Bohemi Heroes & magistratus. Sic nõ modo in Bohemiã fugero, sed & habitauero in ea, etiã si hic me exusserit illaudatæ meretricis furor. Inuidiã tamen eius simul & succẽdero & uicero in Christo. Nihil erit illi amplius prosperũ. Christus sic statuit, Amẽ. Gratia domini nostri Iesu Christi seruet & augeat te optime Heros in æternũ, Amẽ.

Vvittembergæ, 15. Iulij. 152[illegible].

A CAECITATE & amẽtia percussit dominꝰ noster Iesus Christus, uniuersum istud regnũ abominationis Papisticæ, ut iam totum trienni um cũ uno Luthero, ipsi infiniti uulgi Cyclopes belligerantes, necdum intelligere possint, pro qua re mihi cum ipsis bellum sit, frustra tot libellis a me æditis & palam testantibus, hoc solum a me quæri, ut diuinæ literæ sole regnent, sicut dignũ & iustum est, humanæ uero inuentiones & traditiones e medio tollantur, ceu nocentissima scãdala, aut execto ueneno & euulso aculeo, id est, ui cogendi & imperandi, & conscientias illaqueandi, erepta, liberæ & indifferentes tolerentur, ceu quælibet alia pestis aut infelicitas mundi. Nam ipsi perpetua insania perciti, contra me nihil mouent, nisi statuta hominũ, glossas patrum, & facta seu ritus seculorum, ea ipsa scilicet, quæ nego & impugno, quæ & ipsimet cõfitentur infida esse & frequenter erronea fuisse. Ego de iure disputo, & ipsi de facto mihi respondent. Ego caussam quæro, ipsi opus exhibẽt. Ego interrogo, in qua potestate hæc facitis? ipsi dicũt, quia sic facimus & sic fecimus. Sit pro ratione uolũtas, pro autoritate ritus, pro iure consuetudo, idq; in rebus dei. Est apud eos ipsos in scholis suis uiciosissimum genus disputãdi, quod uocant, petitionem principij, Hoc discunt & docent usq; ad canos, usq; ad sepulchrũ, tot sudoribus, tot sumptibꝰ miserrimi homines. Vbi uero ad usum doctrinæ suæ ueniunt, nihil aliud possunt, nisi uitiosissime principium petere. Ita fit, ut ego clamẽ, Euangelion, Euangelion, Christus, Christus, Ipsi respondeãt, Patres, patres, usus, usus, statuta, statuta. ubi uero dico, patres, usum, statuta, sæpius errasse, oportere eiusmodi firmiore & certiore autoritate munire: Christum uero non posse errare. Hic piscibus magis

De qua re bellũ Luthero sit cũ Papistis.

Petitio principij sophistarũ.

muti, & ut ſcriptuta dicit, ſicut aſpides ſurdæ, obturant aures, ne audiant uocẽ incantãtis. aut hoc denuo quod ſemp in ſumma natat ſaliua mihi reddũt, Ambroſius ſic dicit, Tu ne doctior es Ambroſio? Tu ſolus ſapis? ac præterea nihil, quaſi diſputatio noſtra ſit de doctrina Ambroſij & mea, aut quaſi & ego non poſſim dicere, Tu Ambroſium male intelligis, & deprauas. Obſecro quis finis eſt, cũ cæcis iſtis & furioſis & amentibus diſputandi?

Negociũ libri regis.

Talis eſt & hic liber regis Angliæ, qui perpetuo textu, aliud nihil agit, q̃ ut traditionibus hominum, & gloſſis patrum & uſu ſeculorũ urgeat. Hic furit, hic maledicit, hic totus conuitia & uirus eſt, quod illis doctior, ſanctior, maior habere uelim. Non cõtentus, quod talia illis permitto, ut libera habeãtur, ſed neceſſarios nobis articulos fidei Deus ille nouus ſtatuit, quicquid ex hominibus dictum aut factum inuenerit, quos niſi credam, quantis furijs agitur, ut hæreticum, & neſcio quot portenta ex me faciat? obſecro, unde nobis ille nouus deus Rex Angliæ Creator nouorũ articulorum fidei? Vnum ego hactenus deum noui, cui ius eſſet articulos fidei condere & fidem exigere. Verũ præ cæteris furioſis, Deus iſte nouus, aliquid noui furoris adue hit, illi enim ſcripturas a me inductas, conati ſunt utcunq; torquere, & a ſuo ſenſu alienas facere, abſq; ſcripturæ ſaltẽ nomine & iactantia nihil auſi. Hic uero deus noua ſua diuinitate mirum in modum inſoleſcens, ac certus, quicquid dixerit, fieri oportere, aut factũ eſſe, id ex profeſſo etiã teſtatur, uelle ſeſe dimittere capitale fundamentũ meum & alijs relinquere expugnandũ ac ſolum ædificium labefactare, id eſt, ſtipula & fœno contra rupem uerbi dei pugnare, ut neſcias, an ipſa mania ſic inſanire poſſit, aut ipſa ſtoliditas tam ſtolida ſit, q̃ eſt caput hoc Henrici noſtri, forte ut uerũ faciat prouerbiũ, aut regem, aut fatuũ naſci oportuit. Quis morio eũ ſic diceret, Ego aſſerã ſeptem ſacramẽta, ſed inta

Lutheri fundamentum non agreditur rex

ctum reliquã principale robur aduersarij? Crederes ab insi gni hoste regis hũc librũ ædituũ in regis ppetuã ignominiã.

Sed ne cõtemptũ a me uideatur tanti regis nomẽ, & stul to iuxta stulticiam suam respondeatur, breui libello, stulti ciam eius reuelabo, quantũ per occupatiões meas fieri po test, latius alio tempore blasphemũ & maledicũ hoc regis os, & pro dignitate tractaturus. Nã quod ferme nemo cre dit, Regis hunc esse librũ, me non mouet, uolo enim regis esse, cuius titulo uulgatur, & impetum meũ in stolidum re gem uertere, qui passus est nomine suo sophisticos nebu lones abuti, & tantis mendacijs & uirulentia totũ librũ im plere, ut nulla imagine præsentius sit expssus Leus ille uel Lei homousius, aliquis scilicet grauedinosus & frigida pi ruita sophista, q̃lẽ in grege suo alerent crassi illi porci Tho mistæ, ne & Angliæ Pharaoni sui desint Iannes & Iãbres.

An liber cõtra Lutherũ regis Angliæ sit.

Non mihi igitur, sed sibi imputet Rex Henricus, si duri us & asperius a me tractatus fuerit. Nõ enim regio animo, aut ulla uena regij sanguinis, sed seruili & plane impudẽti & meretricia impotentia & uecordia prodit, omnia, nõ nisi maledictis probans, & quod turpissimũ in homine, nedum in summis uiris est, palam & ex proposito mentitur, ut So phistam ex inscitia & uirulẽtia conflatũ agnoscere possis. Indulgendũ erat ei, si humano modo erraret. Nunc cũ pru dens & sciens mendacia componat aduersus mei regis ma iestatẽ in cœlis, damnabilis putredo ista & uermis, ius mi hi erit, pro meo rege, & maiestatẽ Anglicã, luto suo & ster core cõspergere, & coronã istam blasphemã in Christum, pedibus cõculcare. Deinde cũ Thomistas constet esse tam stupidũ & plane lethargicũ sophistarũ genus, ut nihil cras sius & ignauius genuerit hominum natura, & Rex noster Henricus optet hoc libro uideri egregius Thomista, dũ in ter cætera de charactere & ui sacramẽtali in aquis somniat & stertit, q̃ portẽta ipsi in Academijs socij sophistæ ampli-

Quare sic tractet Regem.

Thomistæ.

ferre non possunt, uisus est opus habere, ut asperis uerbis uellicetur, si qua de profundissimo lethargo excitari possit & audire sua somnia & lethargij sui uanas species. Nã nulla caussa & nostris uicinis sophistis is liber adeo placet, cũ q̃d est egregie Thomisticus, & habẽt suas labra lachtucas.

Si idolũ Romanæ abominationis propter Christũ conculcaui, quod sese in locum dei statuerat, magistrũq̃ regũ & totius mũdi fecerat, Quis est iste Henricus nouus Thomista, discipulus dumtaxat tam ignaui monstri, ut uirulentas blasphemias eius honorem? Sit ipse defensor Ecclesiæ, sed eius Ecclesiæ, quam tanto libro iactat & tuetur, nempe purpuratæ meretricis & æbriæ & fornicationũ matris. Ego & Ecclesiam eius, & defensorem ipsum, pro eodẽ ducens, utroscq̃ eodem impetu inuadam, & Christo duce conficiã. Certus enim sum, dogmata mea habere me de cœlo, quæ etiam aduersus eum triumphaui, qui in ungue nouissimo, plus habet uirtutis & astutiæ, cũ omẽs Papæ & reges & doctores, ut nihil agant, qui bullas hominum & titulorũ contra me iactant, & libellos sub regijs inscriptionibus uendi tant. Dogmata mea stabunt, & Papa cadet, inuitis omnib⁹ portis inferi, & potestatibus aeris & terræ & maris. Ipsi me prouocauerũt ad bellum, bellum igitur habebunt, pacem oblatam contẽpserunt, pacem igitur non habebunt, Deus uiderit, uter primo fessus defecerit, Papa an Lutherus. Sic placet in Christo indies magis ac magis superbire aduersus insulsos istos & ineptos Basiliscos, q̃ magis ipsi furiũt.

Dogmata Luth.

Priuscq̃ uero ad rem ipsam ueniamus, primũ diluam duo crimina, quæ mihi Thomisticus rex, præ impotẽtia sua mu liebri imponit, quorum alterum est, Esse uidelicet me mihi ipsi sæpius contrarium. hoc suum impudens mendacium, etiam contra propriam cõscientiam, sic per totum librum urget & eleuat, ut satis appareat, non scripsisse eum libellũ hunc studio docendi, aut (ut ipse fingit) asserendi septẽ sacramẽta

Calumnia, Lutherũ sibi ipsi esse cõtrariũ.

cramenta, sed morbo uirulentissimi animi sui, quo cũ inferius nõ posset cõceptũ uirus & pus inuidiæ & malitiæ egerere nec digerere, superius per os putidũ euomẽdi occasionem inueniret, nihil spectãs, nisi ut mẽdacijs omniũ os obliniret & mihi inuidiam moueret, fœdissimũ sane sit, cũ quis sordidã meretricẽ, tam impudenti fronte & impotenti animo sic mẽtiri & insanire, Regium animũ & sanguinẽ, alia decuissent. Alterũ est, quod conuicijs insectatus sum Pontificem & Ecclesiã, hoc est, lenonem & lenam & sedem Satanæ, cuius ipse defensor declaratus est nup cũ indulgẽtijs.

Vt ergo impudens eius mendaciũ traducam per orbem, dignum est hic ordine recensere res, de quibus ego scripsi, quarum sunt duo genera. Primum est de ijs, quæ in sacris literis docentur, nempe.

Scriptorũ Lutheri duo genera.

De fide.	De peccatis.
De charitate.	De lege,
De spe.	De morte.
De operibus.	De Christo.
De passionibus.	De deo.
De cœlo.	De lib. arb.
De inferno.	De gratia.
De pœnitentia.	De baptismo.
De cœna dominica.	

Et ijs similibus. Nam hæc sunt demum rerum capita, quas Christianum scire oportet, quæ & sunt ad salutem necessariæ, has sic tractaui, ut nullus mihi possit impingere, unq̃ aliter sapuisse, q̃ ab ipso scribendi principio sensi. Nunq̃ mihi contradixi, sed eodem sensu ab initio, mihiq̃ similis semper perseueraui, testes sunt & libri extantes & uniuersi qui legerũt, testis & ipsa mẽdacis regis dãnata cõscientia.

Proinde, quis crederet tantũ Regem non solũ hoc audere mẽtiri, quod contrariũ mihi me iactat, sed & palam asserere, me sic docuisse fidem, ut & opera bona uacare, & ma-

la licere uoluerim, quasi non sint superstites homines, qui mea legerunt, & suum impudens mendacium arguere possint, cum & ipsum sua conscientia redarguat, ut qui satis testetur, sese mea ex magna parte legisse, ut indignum plane sit, huic Regi mendacijs tantum auso respondere. cui id fuerat imprimis curandum aduersus hæreses scripturo, ut ne suspicio quidem falsi in eo deprehendi possit, nunc uero totum sese mendacijs inuoluit. Quis credat ulli parti scriptionis eius, qui per totum librum, tantum mendaciũ toties repetit & inculcat?

Progenies ista uiperæ, ingeniũ naturæ refert & parẽtũ suorũ exemplũ imitat. Sic em & Paulo, cũ docuisset sola fide sine opibus iustificari omnis filios Adam, imponebant, ut scribit Ro. 3. Qui dicũt nos docere, faciamus mala ut ueniant bona. Sed quod manet illos iudiciũ? Quorũ (inquit) dãnatio iusta est. Quid & ego meo Basilisco dicam de suo mẽdacio, nisi idem damnationis iudicium?

Alterũ genꝰ de ijs rebꝰ est, quæ sũt extra scripturã. Nẽpe.

De Papatu.	De conciliorũ decretis.
De doctoribus.	De indulgentijs.
De Purgatorio.	De Missa.
De Academijs.	De Votis monasticis.
De Episcopis idolis.	De traditiõibꝰ hominũ.
De cultu sanctorũ.	De sacramẽtis nouis.

Et si qua sunt similia, scilicet Zizania per Satanã, principatu idoli sui Romani sup agrũ dñi seminata, quibus Ecclesia nõ modo potest saluberrime carere, uerũ etiã ne cõsistit quidẽ nisi careat, aut p libero arbitrio utat. Nihil em pestilentius in Ecclesia doceri potest, q̃ si ea quæ necessaria nõ sunt, necessaria fiãt, hac enim tyrãnide cõscientiæ illaqueãtur, & libertas fidei extinguitur, mendaciũ pro ueritate, idolum pro deo, abominatio pro sanctitate colitur.

Cũ itaq̃ de ijs rebus nihil habeat scriptura sancta, cœpe

runt furiosi Papistæ, mēdaciorū magistri & idolorū plastæ, sibi negocium sese dignū, scilicet uniuersam scripturā torquere & deprauare in sua uenena & mēdacia, ut eos locos, qui de fide docebāt, oportuerit illis Papatū creare, qui humilitatē præscribebāt, pompā tyrānidis statuere, donec omnia summis mēdacijs confusissima reddidere, & totā scripturā aboleuere, regnante in loco eius, scrinio pectoris Romani Satana nequiciosissimo obsessi. Sic Petram fidei inuictæ Matth. 16. fecerunt Papatū & Papam, qui non modo uicti sunt fœdissimis erroribus & peccatis, sed quotidianis abominationum exemplis obruuntur & absorbentur. Sic ubi Christus docet nullum esse magnū in sua Ecclesia, nisi sit omnium seruus, fecerunt huic sententiæ alium nasum, ut nihil nisi magnum in Ecclesia dei statuerent.

Quomō cripturā deprauāta.

Lutheri occasio scribendi.

Furentibus aūt his portētis abominationū, rapuit me dominus imprudentē in medias has turbas, & occasione fallatiū indulgentiarū, dedit mihi aliquot scripturæ locos satanæ extorquere, ceu clauā de manu Herculi, & germano sensui spūs restituere. Hic, deū uiuū, quanto æstu spumare cœpit furor eorū, paratus cœlū terræ & ignē mari miscere, scilicet ferre non potens, corniculæ suæ detrahi alienas plumas, quibus illam egregie in Vicarium Christi adornauerat.

Ego uero Corniculam istam, primū satis modeste & reuerēter tractabāt, hoc ipsum maxime agens, ut Papatus nō nihil esset, ignarus ipsum ex diametro pugnare toti scripturæ, Cōtentus aūt eram, solas scripturas expurgare, Papatū tale aliquid ducēs, qualia sunt regna & principatus hominū. At illi longe tyrannidis usu indurati & hactenus successu fraudis (iuxta Danielem) elati, contemnebant modestiam & reuerentiā meā, in locū dei suum idolū statuere præsumētes, & medijs scripturis miscere.

Christus autem mihi spiritum suppeditabat insignem contemptorem, tam fraudis q̄ furoris Papistici, fecitq̄, ut

quo magis ſcripturas purgarem, eo certius abominationē implicitam inuenirem. Donec eo res per manum potentis Iacob peruenerit, ut euidentibus & puris ſcripturis conuictum ſit, Papam, Epiſcopos, Sacerdotes, Monachos, Moniales, Miſſas, & uniuerſum regnum iſtud cum ſuis dogmatibus & miniſterijs eſſe aliud nihil, q̃ mere portenta, idola, laruas, mendacia, & ipſiſſimam abominationē in loco ſancto ſtantem, titulis uerorum Epiſcoporum & Eccleſiæ ſeſe proſtituentem, Meretricem ſcilicet illam purpuratā ſuper beſtiam multicipitem ſedentem, æbriam ſanguine teſtium Chriſti, & inebriantē reges terræ calice fornicationū & abominationū ſuarū. De quibus omnib⁹ Petrus prædixit, falſi doctores iuxta introducēt ſectas perditiōis, dominū qui eos mercatus eſt negantes, uiam ueritatis blaſphemantes, & fictis uerbis de nobis in auaritia cauponantes.

Papiſticum regnum.

Nā unus furor eſt huius ſacrilegi populi. Velle per opera coram deo agere, non ſola fide, unde neceſſe eſt, Chriſtū negari & fidem exinaniri, creſcere autem lucra & abſorberi totius mundi opes, pro Miſſis & uigilijs ſuis. Sic enim peruerſiſſimum hoc abominationis uulgus, omnia peruertit. Opera, quibus erga homines utendum eſt, offerunt deo, fidem, qua ſola deo ſeruitur, tribuūt hominibus. Nam omnibus humanis doctrinis credūt, deo non credūt. Rurſum nulli homini benefaciunt, deo autē benefaciunt.

Hac itaq̃ ueritate agnita, coactus ſum quædā meorū retractare, ſicubi bona de Papatu & de ijs, quæ extra ſcripturam docētur, ſcripſi, Deniq̃ adhuc reuoco & ex animo doleo, ſiquā ſyllabā pro bono Papatus & regni ſui unq̃ ſcripſi. Rogoq̃ meos lectores, dignentur prudenter meos eiuſmodi errores cauere. Inſuper, quod regem iſtum laruatum Thomiſtam, inſanū fecit in libello de captiuitate Babilon. etiā reuoco & minus q̃ oportuit me dixiſſe confiteor, Nimiū enim honoris eſt & gloriæ, dicere, Papatū eſſe robuſtā

Reuocatio Lutheri errorū.

uenationē Ro. Episcopi. Nam id exempli Nimrod, omnibus principatibus prophanis quoq; cōuenit, quibus tamē nos deus uult subdi, honorare, benedicere & pro eis orare.

Verius autē sic de Papatu dico, Papatus est Principis Satanæ pestilentissima abominatio, quæ sub cœlo fuit aut futura est. Sic reuoco libellū meum de captiuitate Babylonica in gratiam domini Henrici noui Thomistæ, ne irarumpatur tanta Thomistici nominis maiestas, hanc enim reuocationē a me extorquet tam doctus & terribilis Thomista. Nam ne nulla suo libello uis mouendi Lutheri inesset, adiecit minas, consulens plane exurendū esse hunc hæreticū, nisi resipuerit. Et hoc plane Thomistacissime, Nā istis minis certū est Lutherū territum iri, & sequuturum, quicquid Thomistica saliua in hoc libello regis mentiē & blatterat. Hæc sunt arma, quibus hæretici uincuntur hodie, ignis & furor insulsissimorū asinorum & Thomisticorū porcorū, Sed pergant porci illi, & si audent, exurant me. Hic sum & expectabo eos, cineribus solis post mortem, etiam in mille maria proiectis, persequar & fatigabo hoc abomīabile uulgus. Sūma, Viuens Papatus hostis ero, exustus bis hostis ero, facite porci Thomistæ, quod potestis, Lutherum habebitis ursam in uia & leenam in semita, undicq; uobis occurret & pacem habere non sinet, donec ferreas uestras ceruices & æreas frontes contriuerit, uel in salutem uel in perditionē. Hactenus satis fuerit patientiā perdidisse, deinceps, cum pergatis indurati & occæcati cornua erigere, & spōte facti sitis incorrigibiles & indomiti, nemo a me expectet quicq; dici in uos deplorata portenta, suaue aut blandū. Irritatos enim uolo magis ac magis, donec effusis oībus uiribus & furoribus, concidatis in uobisipsis. Qui primus alterum cōpescuerit, sit ipse uictor, sicut uultis, sic fiat uobis.

Quid Papistæ contra Lutherū possint.

Vt igitur redeam ad egregiam illam regis Thomistitatem, qua me damnat, ut pugnantia scribentē, & mihi ipsi

nulla parte constantem, ubi miserabilis librifex, inopia rerũ laborans, uerbis uirulentis, multũ papyri se posse perdere monstrauit, Regium plane opus. Qua fide autem hoc faciat, hinc æstimabit bonus lector, quod laruatus Thomista, ne unũ quidem locũ profert, saltẽ exempli gratia, quo meã inconstantiã conuincat. Solũ rhetoricatur gloriosus Rex, hoc modo, Lutherus sibi pugnat, quis ei credat? Sic dixisse satis fuit defensori nouo Ecclesiæ & numini recens in Anglia nato, cæterum ostendisse exemplũ, non fuit opus, ne daretur Luthero occasio sese purgandi & stultum regem pro dignitate Thomistica tractandi.

Quando ergo Laruam, uerbis laruatis sine exemplo ludere libuit in re tam seria & sacra. Ego sine larua, sed aperte dico. Regem Angliæ Henricũ istũ, plane mentiri, & scurrã leuissimum mendacijs suis magis referre, cũ Regẽ. Hoc crimine ego Lutherus Thomistam hunc uirulentũ palã accuso, & testibus tũ libellis tum lectoribus meis per orbem cõuinco. Facessat mihi in hac re maiestas regia & mea humilitas, cum mendace scurra loquor, regijs titulis uelato, de rebus diuinis, quarum iniuriam aduersus mẽdacia tueri, pertinet ad quemlibet Christianũ. Si stultus Rex sic regiæ maiestatis obliuiscitur, ut mendacijs apertis in publicũ audeat prodire, idq; dum sacra tractat, cur mihi nõ pulchrũ sit, mẽdacia eius rursus in os eius regerere, ut si quam uoluptatẽ concepit aduersus diuinam maiestatẽ mentiendo, eã amittat ueritatem aduersus suam maiestatem audiendo,

Ratio nõ habẽda p̃sonarum pro ueritate

Neq; enim hic mihi patientiæ habenda ratio est, ubi mẽdacijs suis scurra leuis, non me, nec uitã meam (quod utiq; sustinuissem) sed doctrinam ipsam impetit, quam certissimus sum meã nõ esse, sed Christi. Sibi itaq; imputet, suisq; mendacijs, si indigna cogatur audire Regio nomine. Hoc meruit os eius impurum, quod Regem meũ, qui est Rex glorie, blasphemijs suis conspurcauit. Nõ em̃ mea doctri-

na sibi ulla parte pugnat, nec pugnare potest, cum sit Christi. Et orbi tota iam constet, me de fide, de charitate, de operibus, & de ijs, quæ sacris literis spiritus Christi nos docuit, semper fuisse eodem sensu, semper eadem docuisse & scripsisse, licet usu & studio, de die in diem magis ac magis proficerem, & easdem res nunc sic nunc sic tradiderim, aliquãdo clarius, alibi locupletius, alibi copiosius, & uarie tractarem, quomodo & ipsæ sacræ literæ easdem res tractant.

Quod si uolet me in his rebus mihi non constare, quæ extra scripturas tractaui, nempe, Papatu, indulgentijs, Missis & eius generis Zizanijs, quibus a principio modeste dissensi, postea penitus damnaui (ut regi tanto mendaciũ hoc ignoscam, quod aduersus hominem Lutherum mentitur in rebus humanis,) quis non uidet stulticiam & hebetudinem eius Thomisticam? qui in uniuersa Thomistitate sua nec dum eo promouit, ut sciret, quæ sint pugnantia & non pugnantia dogmata. Accede gloriose Thomista ad ferulam, docebo te, quid sit pugnare dogmata.

Quid sit pugnare dogmata.

Si hoc est sibi non constare in dogmatibus, ut Rex Thomisticus definit, si quis aliter sentiat cognita ueritate & errore reuocato, q̃ antea senserat, obsecro, quis uel sapientissimorum uel sanctissimorum uirorum sibi unq̃ constitit? Damnabimus Pauli Epistolas uniuersas, quod ille penitus stercora nunc uocat, quæ antea sibi lucra fuerant. Damnemus & Augustinum, qui singulari libro multa retractauit & longe contraria primis docuit, Quin iuxta huius Regis sapientiam inæstimabilem, peccatores desinant pœnitere & sententiã in melius mutare, ne Rex Angliæ irato libro ædito dãnet eos incõstãtiæ & dissensiõis ꝓpriæ. Et cur nõ sese q̃q̃ Rex sua sapiẽtia metit, & nũc uinum bibit, qui olim lac nutricis sugebat? Cur nũc armat ferro, q olim puerile caligas induebat? Denique cur in me dãnat, qd ipse facit? Nam hoc ipso libro laudat me, quod papatum prius

probarim, & rursus damnat, quod postea reprobauerim. Quur igitur & mihi non licebat aliter de Papatu sentire, cũ sensi, & meos errores mutare sentẽtia meliore? Quis uero crederet regem tantum adeo inepte potuisse delyrare? Nisi Thomista esset & uirulentis alijs mendacijs serium declarasset, poterat uideri iocatus ceu in diebus laruarum.

Hæc potius sunt pugnantia dogmata, ubi simul docueris contraria, simul defenderis & asserueris, & neutrum reuocaris aut damnaris, quo modo Papistarum insaniæ pugnant, ubi Matth. 16. Petram faciunt Christum & Papam, cum Christus sit sanctus, Papa autem impius, & sanctitudini cum impietate cõueniat, ceu luci cum tenebris, & Christo cum Belial. Sic enim Papatus non nisi inconstantibus, pugnantissimis, mendacissimis constat (seu potius corruit) dogmatib⁹, quæ utraq; simul docet, asserit & tuetur. Videat itaq; lector ex uno hoc argumento, cũ asinina ruditas sit Thomistarũ uel puerilis animi impotentia, quæ non sinat eos sua ipsorũ uerba intelligere, & audent tamen assertiones sacramentorũ scribere & magnificas ampullas, suæ incredibilis inscitiæ testes iactare. In hoc enim hũc libellũ Regis scriptũ arbitror, ne stupor & inscitia sophistarũ, præsertim porcellorũ istorum (Thomistas dico) falso a me traduci crederet mundus, fuit enim meũ iudicium tali ipsorũ met opere & sigillo comprobandũ & confirmandum.

Mordacitas Lutheri.

Ad alterũ uitiũ, nempe mordacitatis, q̃ me sugillat Rex, respõdeo, Primũ ei probandũ fuisse, iniquam meã mordacitatem, & Papatũ innocentem esse. Alioqui, cur Christus ipse Mat. 23. tanta uehemẽtia scribas & pharisæos mordet & hypocritas, cæcos, stultos, plenos ĩmũditia, hypocrisi, homicidas, criminat? Et Paulus, q̃ties uehemẽs est in cõcisiones (ut uocat ipse) suas & pseudoapl'os q̃s adulterantes & cauponãtes uerbũ dei, canes, dolosos operarios, apl'os Satanæ, filios diaboli, plenos dolo & malitia, deceptores, uanilo q̃s,

fascina

fascinatores & circulatores uocat. An & hos Thomista laruatus mecum accusabit inuidiæ & superbiæ.

Quin ut plene Thomisticum cerebrum & plebeium re præsentet ingenium, quasi in scæna histrionem agat, sic maledictis, conuicijs & mendacijs in me insanit per totum libellum, & nihil eorum de me antea probat, ut nulla causa meam uideatur mordacitatē damnare, quam ut rabiem maledicendi apud sordidos suos Thomistas iustificet & aureolam Thomisticam mereatur. Stolidum scilicet caput, q̃d abunde cognouit, Papatum apud me, pro Antichristi regno haberi, cui etiam Iob maledici mandat, per eos, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Et ubiq; spiritꝰ præcipit mundum arguere de peccato impietatis, & omnino sanctam & iustam hanc mordacitatē tum laudat tum exigit. Rex uero tanquam obtinuisset Papatum sanctum esse, plaustris uirulentiæ & maledicentiæ suæ debachatur in meam mordacitatem, sed ut dixi, Thomistarū hypocritam & laruam agere uoluit, apud quos extrema pfidia & summa hæresis est, Magistros nostros, etiam si pestes sint orbis terrarum, ceu angelos dei non adorasse, Mutisse aduersus nutum eorum hoc demum crimen est, nullo satis igne expiabile. Ego uero, qui hactenus Paulo fui misericordior in portenta Papistica, sub spe resipiscentiæ eorum. Nunc cū eos qui eiusmodi sunt, uideam in reprobum sensum datos & deplorata pertinacia in locum suum cum duce suo Pharaone abijsse, nulla amplius modestia, nulla misericordia in eos utar. Neq; amplius amicis meis frena calami permittam, sed tacens eos contemnam, uel si agendum est cum illis, quanto possim impetu in eos ferar, irritaturus satis, prouocaturus, tam stupidos truncos, tam rudes asinos, tā crassos porcos, cum digni alio officio nō sint, nisi ut prouocentur in pœnā suam. Idq; faciam in gloriam Henricianæ Ecclesiæ, & ipsiꝰ Henrici egregij defensoris Thomistæ, ne frustra meā mor-

Desperati Papistæ.

dacitatẽ ſacerrima ſua maledicẽtia damnaſſe quæri poſſit.

Veniamus autẽ nunc ad rem ipſam, & more Ariſtotelis, qui Thomiſtarũ deus eſt. Primo generaliter, deinde ſpecialiter, de cauſis iſtis diſputemꝰ. Summũ, generale & unicũ robur Henricianæ ſapientiæ, in tam regio libello eſt, nulla ſcripturæ autoritas, nulla ratio urgens, ſed Thomiſtica illa diſputandi forma, Mihi ſic uideꝫ, Ego ſic ſentio, Ego ſic credo. Et ut hic mei Amsdorffij recorder. Sic diſputat ſtolidus Rex, ſicut ille recitare ſolet diſputaſſe Lipſenſes Theologiſtas. Vbi cũ reſpondens negaſſet aſſumptũ opponẽti, probabat idem opponens, hoc modo. Oportet ſic eſſe, Illo iterum negãte, Denuo & ille, Et quomodo poteſt aliter eſſe? oportet ſic eſſe, pulcherrime & Thomiſticiſſime quin & Lipſiciſſime & Henriciſſime.

Thomiſtica diſputandi forma,

Sic cũ ego in meo libello de Cap. hoc Thomiſticũ generale principium maxime impetijſſem, & diuinas ſcripturas aduerſus ritũ, uſum, conſuetudinẽ, autoritatẽ hominũ ſtatuiſſem. Dominus noſter Rex nihilominꝰ, ꝑ ſua Thomiſtica ſapiẽtia, aliud nihil reddit, cꝫ, Oportet ſic eſſe, Vſus ſic habet. Hæc eſt longa conſuetudo, Ego ſic credo, Patres ſic ſcripſerũt, Eccleſia ſic ordinauit &c. Quod ſi iterũ ſcripſero mille libros, & ꝑbauero ꝑ ſcripturas uſum & autoritatem hominũ in rebꝰ fidei nihil eſſe, facile erit & regi Thomiſtico mille libris reſpõdere, & omiſſis ſcripturis a me ĩductis ſemꝑ iterare, Oportet ſic eſſe. Vſus ſic habet, Autoritas hominũ ſic dicit, atcꝫ aliud nihil. Si autẽ dixero, unde probas uſũ & autoritatẽ hũanã ualere? reſpondet, Oportet ſic eſſe, Mihi ſic uideꝫ, Sic credo, nunq̃d tu doctior es unus oĩbus.

Intelligis ergo Lector, ſtipites iſtos intractabiles, hoc tãtum quærere, ut ſibi ſolis credaꝫ. Ego poſtulo nõ mihi, ſed apertis dei uerbis credi, illi poſtulant, præruncidis & ueternoſis ſui cerebri uiſionibus credi, contemptis uerbis dei. Neqꝫ enim ego uel uſum uel autoritatẽ hominũ in totũ ne

Quid Lutherus, quid papiſtæ uelint.

gaui, ſed libera eſſe uolo & indifferẽtia, quæcũq; extra ſcripturas ſanctas ſcripta ſunt, tantũ articulos fidei neceſſarios fieri recuſo ex hominũ uerbis, Tolerari uolo, quæ bene dicuntur & gerunt citra ſcripturæ teſtimoniũ. Tolerari autẽ libere. At trunci iſti, nobis articulos fidei faciunt ex omni uerbo patrum, quod tantum abeſt, ut ſancti uoluerint ſuis ſcriptis tribui, ut nulla maiore blaſphemia offendi poſſint, quam dum per lethargicos Thomiſtas, eorũ libera uerba & facta, in neceſſarios articulos, hoc eſt laqueos mẽdaces, in perniciem animarum uertuntur.

Sit ergo mea hæc generalis reſponſio, ad omnes ſententias inſulſiſſimæ huius laruæ Thomiſtarũ, quas in libello ſuo corriuat. Et partior eas in duo genera, hoc modo, Si uſum uel autoritatẽ hominũ talem allegat, quæ manifeſte cõtra ſcripturas pugnat, Anathema ſit, uſus, autoritas, rex, Thomiſta, ſophiſta, Satan imo & angelus de cœlo. Nã nihil contra, ſed omnia pro ſcripturis ualere debẽt. Tale eſt, quod de altera parte ſacramenti Rex ſtolidus producit, ubi præ Thomiſtica inſania etiam contendit uſum ualere in articulum fidei aduerſus apertiſſimum textum Euangelij ſicuti uidebimus, qua amentia nulli unq; hæretici laboraueruntt, Hactenus enim hæretici ſcripturis, ſaltem in ſpeciem uſi ſunt, nulli eas aperte damnauerũt, Soli Papiſtæ & Thomiſtæ, ſex nouiſſimarum abominationum, eam meretricis frontem ſumpſerunt, ut & ſcripturas ſanctas ſic habebere confiteantur, & tñ ſic ſentiri non licere uelint. Neq; ipſe Satan, tam aperte & recta in os & in faciem diuinam maieſtatem blaſphemat & mendacij arguit.

Anathema ſit quid contra ſcripturam.

Si autem eum uſum uel autoritatem hominum allegat, quæ non pugnent ſcripturis, nõ damno, ſed tolerati uolo, hoc tantum adiecto, ut libertas Chriſtiana ſalua ſit, & in arbitrio noſtro ſit, ea ſequi, tenere, mutare, quando, ubi,

Humanitus ſtatuta in arbitrio noſtro debent eſſe.

quomodo placuerit. Quod si hanc libertatem nobis captiuare uolēt, & necessarios articulos fidei statuere tentarint, iterum dico, Anathema sit, qui hoc præsumpserit, siue sit insulsus Thomista, uel stupidus papista, siue Rex, siue Papa. Tale est, quod dominus noster Rex, urget pro articulis fidei, sua sacramenta, cōfirmationis, matrimonij, ordinis, unctionis, Et mixturam aquæ in uinum, &c.

Sed nobis aduersus has stipulas & stuppas Thomisticas, pluscq; nimis potentia sunt diuina fulmina, ubi Christus Matt. xv. decernit super omnes hominum traditiōes, dicēs, Sine causa colūt me doctrinis & mandatis hominū. Quid est uniuersa fex huius laruati Thomistæ, aduersus unā hāc uocē Christi, ut alia plurima transeā alias memorata? Si frustaneū est, q̄cquid hominū mādatūest, qua fronte stolidus rex, nobis articulos fidei exeo faciet? Itaq; hac sola uoce Christi, prostratus iacet infelix & miserabilis defensor Ecclesiæ Henricianæ, cum toto suo libello.

Vbi estis domine Henrice? producite uestrum egregiū contra Lutherum libellū? Quid asserit dominatio uestra? Septem sacramenta? Quibus doctrinis? Dei an hominū? Audiat ergo Thomistica uestra dominatio iudicium, non Lutheri, sed eius, quem tremunt cardines orbis, Frustra colunt me doctrinis hominū. Eat dominatio uestra, & doceat dominationes papales hanc frustraneam fidem & religionem, eamq; sicut optime nouit, strenue defendat, Verū ab Ecclesia dei os uestræ dominationis impurum & sacrilegum abstinete, quæ nō nisi uerbum dei admittit.

Pro fide a longitudine & multitudine.

Deniq; adeo stultum est hoc Regis propositū, ut & cōmuni hominum sensui repugnet. Quis enim non rideat, pro fide nostra Christiana nihil afferri roboris per tantos Samsonas, nisi longitudinē temporum & multorum hominum usum? Qua ratione probabimus Turcarū fidem esse erroneam, quæ iam ad millesimum fere annum durat, ante

orta ꝗ Germania ad fidem conuersa est? An hoc satis est, quod dum per interualla terrarum semoti, nõ cogimur cũ illis disputare, interim in nostris angulis, quicquid uisum fuerit, licet nugari? Sic & Iudæos quis nõ merito iustificet, huius inuicti Thomistæ exemplo, cum tanta nos superent longitudine temporum? Et cur gentes per orbem nouam Christi fidem non dicentur, autore Henrico Angliæ, merito fuisse persecutas, cũ idololatria eorum hoc pulcherrimo & Thomisticissimo argumento, recta & sana fides censeri debuerit, quod tot milibus annorum, tot regionibus populorum, tam constanti usu firmabatur? Atqꝫ eodem Henrico Magistro etiam num asseramus, impiorum hominum errores, esse sanam fidem, quod abinitio mundi illorum superarit multitudo & diuturnitas & potentia piorum paucitatem & ignobilitatem. Summa. Si hominũ dicta ualent articulos fidei, cur nõ & mea uerba faciunt articulos fidei? An nõ sum homo? Quin noua regis sapientia, omnes homines omnium hominũ uerbis credere cogamus. Et ipse Rex quoqꝫ, ut leuetur cura scribendi, sequatur suum principium & dicat, Homo sum, qui sic loquor, ergo oportet sic esse, non potest aliter esse.

Stulta, ridicula & uerissime Henriciana & Thomistica sunt hæc, quasi res spiritualis metiẽda sit præscriptionibus temporum & usu, aut iure hominum, ceu fundus aut pratum aliquod sit. Quod si dixerint, suam præscriptionem in hoc differre ab illorum præscriptione, quod papistarum sit ex spiritu sancto, illorũ ex hominibus. Ridebit Turca hoc futile cauillum & dicet, Cum tu hoc asseras sine scripturis, & sine signis mera hominũ autoritate, nihil magis efficit, ꝗ si ego meam quoqꝫ fidem esse ex deo dixero. Et qua facilitate tu me contemnis, & ego tuam contemno, qua autoritate probas tuam, & ego probo meã. Quid hic fiet? nisi ut moriones etiam intelligant, Henricianos Thomistas, præ

ſua inſigni inſcitia, fidem noſtram ludibrio expoſuiſſe, & omnium gentium impietatem ſtabiliuiſſe, dignos, quibus os, lingua, & manus præciderentur, ne in æternum aliquid aut dicerent aut ſcriberent.

Sed hoc agit inquietus Satan, ut nos a ſcripturis auocet per ſceleratos Henricos & ſacrilegos Thomiſtas, & fidem noſtram ſuper hominũ mẽdacia collocet. Neq; enim iam ſcriptura ſancta opus eſt, ſi ſufficit nouis hominũ dictis extra ſcripturam roborari. Nos autem ut fauemus digniſſimos iſtos defenſores Papiſticæ Eccleſiæ, ita dicimus anathema & maledictum eſſe, qui noſtræ fidei aliud fundamẽtum poſuerit, q̃ id quod poſitũ eſt. Paulus enim. j. Cor. iij. magna ſancit autoritate fidẽ noſtrã oportere niti in uerbis dei, ubi dicit. Sermo meus & prædicatio mea non in ꝑſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis fuit, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute dei.

Hoc fulmine & tonitru cœleſti quatit & diſpergit, ſicut uentus puluerẽ, uniuerſas laruas huiꝰ Henrici, in ſuo inſulſiſſimo libello, Quid enĩ ſcribit ſtolidus Henricus, niſi perſuaſibilia humanæ ſapiẽtiæ uerba, dum nihil ſpiritus, nihil uirtutis oſtẽdit, ſed longitudinẽ temporũ, dicta & facta hominũ cauſat? auſus etiã impudenti ore exigere, ut fidẽ noſtram ſup hæc humana figamus, palam in os hoc diuinum Pauli inſaniens. Maledictũ itaq; ſit & iterũ maledictum nõ ſolũ, quod ſtolidus Henricus tentat, ſed & uniuerſum corpus iſtius Behemoth, regnũ Papæ, cum uniuerſis dogmatibus ſuis, quibus nos a deo noſtro abducere moliuntur, & uerbum eius e cordibus noſtris euellere.

Quod ſit fundamẽtũ eccleſiæ dei.

Proinde nos noſtræ Eccleſiæ defenſori adhæremus, qui dicit Matt. xvj. Edificabo Eccleſiã meã, nõ ſup longitudinem temporũ, neq; ſup multitudinẽ hominum, neq; ſuper Oportet ſic eſſe, neq; ſup uſum aut dictũ ſanctorũ. Deniq;

nec ſuper Iohannem Baptiſtam, nec ſuꝑ Ieremiam aut ullum ex prophetis, ſed ſuper ſolam & ſolidam petram, ſuper Chriſtũ filiũ dei. Hoc eſt robur noſtræ fidei, hic tuti ſumꝰ aduerſus portas inferi. Hic mẽtiri & fallere nõ põt. Oĩs hõ mẽdax. Et ſancti cũ extra hanc rupem agũt aut dicũt, hoĩes ſunt, Puriſſimũ & ſolũ ac certũ uerbũ dei noſtræ fidei ſupponẽdũ eſt. Siquis (inqt) loquiť, quaſi ſermones dei, Et oĩs ꝓphetia ſit analogia fidei, Ro. xij.

Hæc ſunt robora noſtra, aduerſus quæ obmuteſcere coguntur, Henrici, Thomiſtæ, Papiſtæ, & quicquid eſt fecis, ſentinæ & latrinæ impiorũ & ſacrilegorum eiuſmodi, neqꝫ habent, quod poſſint hic reſpondere, ſed cõfuſi & proſtrati iacent a facie uerborũ iſtius tonitrui, & expectamus q̃qꝫ, quid aduerſus hæc mutire audeat Rex nugigerulus iſte cũ omnibus ſuis ſophiſtis. Stat enĩ fixa ſententia, fidẽ nõ deberi, niſi certo uerbo dei, ſicut dicit Ro. x. fides ex auditu, auditus aũt per uerbũ Chriſti, proinde q̃cquid ultra uerbũ dei ꝓduciť, hoc noſtri ſit arbitriȷ, ceu dñorꝫ, credere, nõ credere, damnare, probare, ſicut ſcriptũ eſt, Omnia ueſtra, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue Paulus, uos autẽ Chriſti. Si ſoliꝰ Chriſti ſumus, quis eſt iſte ſtolidus rex, qui ſuis mendacijs nos Papæ facere moliť? Nos nõ ſumus Papæ, ſed Papa noſter eſt. Noſtrum eſt, non iudicari ab ipſo, ſed ipſum iudicare. Spiritualis enim a nemine iudicatur, & ipſe iudicat oẽs, quia uerũ eſt. Omnia ueſtra, etiam Papa, quanto magis ſordes iſtæ & labes hominũ Thomiſtæ & Henrici.

Papa noſter eſt.

Q̃ꝫ ego quoqꝫ ſtultus ſum & ſatis ineptus, qui amẽtibus iſtis & deploratis cerebris toties fruſtra inculco, & ſurdis induratiſqꝫ capitibus ſine fructu ſemper canto. Traditiones hoĩm ſeu diuturnũ uſum in rebꝰ fidei nihil ualere. Quoties enĩ dixi, etiã Auguſtini ſentẽtia, ſolis Canonicis libris eũ deberi honorẽ, ut firmiſſime credat, nihil erroris ĩ illis eſſe? Cæteros q̃ntalibet ſctĩtate doctrĩaqꝫ ꝓpolleãt, nõ

æquo honore dignos esse? At si etiam Aug. id nõ dixisset. Scriptura tamen exigit nulli, nisi soli sibi credi, Frustra inq̃ surdis aspidibus hæc cecini semp, qui sine fine suas nenias iterant, & garriunt, Ambro. Aug. Hierony. sic dixit, ergo Lutherus est hæreticus, quia Aug. Ambro. dicta sunt articuli fidei, cum sancti illi uiri nihil minus uoluerint, q̃ hũc sacrilegum Henricorũ & asinorum cultum, ut dicta eorũ articulis fidei æquarentur, sed libera & sub iudiciũ cuiusq̃ fidelis uoluerunt posita esse sua dicta omnia. Quin & ipse porci Thomistæ coguntur concedere, sæpius S. uiros errasse, ut eorũ autoritas pro stabilienda fide, & fulcienda conscientia, etiã cõmunis sensus iudicio, satis esse nõ possit.

Sanctorum doctrina.

Hæc sit itaq̃ generalis mea responsio aduersus regia illa Thomistarum principia, quibus regius hic in totum libellus nititur, longitudinẽ inquã temporum, & multitudinẽ hominum, forte adhuc angelos sanctos ex dæmonibus facient subtilissimi isti Henrici, cum longitudo temporis ab initio mundi illis patrocinet, ut principium Thomisticissimũ ueritatis, deinde adeo præcellit Satan multitudine hominum adhærentium, ut etiam a Christo princeps mundi, & a Paulo deus huius seculi & rector harum tenebrarum appellet, Qualia ergo sunt Henriciana principia & articuli, talis est & fides & ueritas, Qualis fides, tales & sancti. Hoc est, Babylon & abominatio nouissimis tpibus digna.

Veniamus nunc ad particularia Henrici nostri, & uideamus, quã feliciter aptet principia sua cõclusionibus Thomistica illa sapientia, sed ueniam prius peto a pio & candido Lectore, si molestus fuero, toties iterãdo eadem, de traditionibus & usu hominum refutandis. Quid enim aliud possim, cum Thomisticus Rex, perpetuo libro nihil afferat, quam doctrinas & usus hominũ: uix unam eamq̃ deprauate adducit scripturam, scilicet ad sacramentũ ordinis stabiliendum, ut uidebimus. Si molestum non est assidue

legere

legere apud stolidum Regem, oportet sic esse, sic sentio, sic habet usus, sic docet Ecclesia, Tu solus sapis, &c. Non sit obsecro molestum etiã toties legere, Hoc sentire nihil est, hic usus nihil probat, hoc oportet esse, est nihil esse, Ea Ecclesia non est Christi Ecclesia. Non ego sapio, sed Christus solus sapit & cætera. Necessitas cogit me stolido regi, sic p singula respondere, qui per singula sic argumentatur.

Primum, indulgentias apprehendit Rex defensor, quas ego asseruerã esse imposturas Romanæ nequitiæ. Has defendit hoc modo, Si indulgẽtiæ sũt imposturæ, Impostores non solum erunt præcedentes põtifices, sed & ipse Leo. x. quem tamen Lutherus eximie laudat. O regium & Thomisticum acumen, Iterum scilicet nobis prouerbium illud cõmendat, Aut regem aut fatuum nasci oportuit. Si Lutherus tantum habet autoritatis, ut tantus Rex ei credat Leonem. X. laudanti, cur nõ credit eidem indulgentias damnanti? præsertim cum hic munitus sit scripturis, rationibus & factis, illic autem obsequiũ sit beneuolentiæ erga personam. Sed decori suo inseruire uoluit larua Thomistica, qui statuit sequi, non scripturas, non rationes, sed hominum nuda dicta. *De indulgentijs.*

Itaq; nihil respondet mihi rex Thomisticus indulgentias damnanti, præter hoc uerbum. Indulgentiæ non sunt imposturæ, quia Leo. X. est bonꝰ uir, ergo oportet sic esse, non potest aliter esse, Hoc argumẽto Regio & Thomistico usus, potes dicere, Romæ in Curia papæ nihil mali agit, quia Leo. X. bonus uir est, & sic Magistro nostro eximio Henrico Rege Angliæ autore, iustificabis omnẽ illam abominationẽ Romanæ perditionis. Eodem argumento & ante eum Sylvester meus usus est, quia & ipse Thomista fuit. Nam si hoc loco argutiam illã tractem, q; aliud sit esse bonum uirum, aliud bonum ciuem, & aliud bonum principem, ut Aristoteles eorum docet, frustra tractauero coram

tam stupidis & crassis truncis, quanto minus caperent, si se cundũ diuinas literas de hac re disputarẽ. Nam reuera, bonus uir non est, qui bonus princeps esse non potest. Spiritus enim Christi (quo solo boni sumus) reddit hominẽ perfectum, ad omne opus bonum instructũ, ut Paulus ad Timotheon docet. Id quod & historiæ probãt scripturarum, Coram hominibus locum habet argutia ista, Aliud est esse bonum uirum, nempe in speciem, & aliud, bonum principem æque in speciẽ. At Saul, ut desijt esse bonus uir, simul desijt esse bonus princeps.

Spiritus domini ad omne opus pfectũ reddit.

Itaq; nihil facit hoc cõtra me, quod Leon. X. pſonã laudaui, & indulgẽtias damnaui, Duplex est hic iudiciũ, Hominẽ nõ licet iudicare, etiã si pessimus sit coram deo, donec foris sine crimine uiuit, hoc enĩ iudiciũ ad eum ptinet, qui scrutator est cordis & renum. Aliud est de indulgẽtijs iudicare, quod ad doctrinã pertinet, in qua ut errare possunt tã boni & mali (siue sint uere aut ficte boni) imo & electi, ita pertinaces in errore nõ sunt, nisi manifeste impij, hoc iudiciũ ad oẽs & singulos pertinet, ut uocem pastoris & alienorũ discernamus. De Leone autẽ ipso adhuc hodie incertus sum, q̃d senserit apud sese, & an pertinax fuerit in errore, Neq; enĩ latet, qs sit autor bullæ Leoninæ nouissimæ. Sed quid ista spiritualia & preciosa ante porcos istos projicio? Quid capiat harũ rerũ, qui hũc syllogismũ nõ capit longe insulsissimũ esse: Leo bonus est, ergo indulgẽtiæ sũt ueræ.

Hominẽ non licet iudicare

Doctrinam oportet iudicare.

Veniamus ad aliud, de papatu, quẽ ego potẽtibus scripturis cõuulsi. Defensor aũt eius, ad scripturas meas magis mutus quã piscis, regia fiducia pſumit, Lutherũ ad solũ eius nutũ, scripturas deserturũ, & suis mẽdacijs accessurũ. Probat autẽ papatũ hoc modo, Oportet sic esse, qa audiui etiã Indiam sese Ro. Pontifici subdere, Item Græciam, item S. Hierony. agnoscit Ro. Ecclesiã ꝓ matre. Quid hic Lutherus dicere audebit, aduersus tã egregia & tã Thomistica?

De Papatu.

Respondeo, si ideo stabit papatus, quia Rex Angliæ audiuit Indiam & Græciam sese subdidisse, eadem ratiõe nõ stabit, quia Lutherus audiuit & certus est, neq; Indiã neq; Græciam sub Ro. Pont. unq; fuisse aut esse uoluisse. Deinde gloriosus dominꝰ Rex pro suo more, satis fortiter mentitur, dum Hierony. facit assertorem papatus, cum uir ille, Ecclesiam Roma. suam duntaxat, non orbis matrem appellet, & præcæteris acerrime aduersus ambitionem monarchiæ istius scribit. Sed Rex decori sui magis quã causæ rationem habet, ideo ut laruam Thomisticam decet, scripturas omittit, quibus opus est in rebus fidei asserendis, & interim nobis narrat, quid audierit, ut in auditum suum suspendat fidem & salutem animarũ nostrarum.

Hactenus uideatur iocatus Rex Angliæ, tanq; rudis & indoctus laicus (si placet) Nunc serium ducit, & suscepto sese accingit argumento, septem sacramenta asserturus, & primo, sacramentum altaris, in quo ego tres tyrannides reprehendi, Vnam quod altera pars Christianis esset ablata. Secũdam, quod articulo fidei necessario urgentur credere panem & uinum desinere post consecrationem. Tertiam quod opus & sacrificiũ ex ipso fecerint. Hic mihi iã non cũ inscitia & hebetudine, sed cum obstinata & impudenti nequitia Henrici agendum, non hic mentiẽ modo sicut scurra leuissimus, sed in rebus his serijs, nunc audet, nũc fugit, nunc simulat, nunc deprauat, nunc torquet, prorsus omia pro mera libidine dicit & tacet, ut nequissimũ nebulonẽ, si non superat, certe egregie æquat. Lege meum libellum de Cap. Baby. Charissime Lector, & uera me dicere uidebis, robustius enĩ scripsi, q; nunc scribere possim, q̃d uirulentũ & nequam hunc Thomistam sensisse, hoc argumentũ est, quod meas optimas & potentissimas tum scripturas tũ rationes reliquit intactas, interim suo insulsissimo libello pios lectores occupaturus, ne meum libellum legãt, & suas ne-

De sacramẽtis.

quitias deprehendant. Confiteor plane, me fuisse nõ nihil cõmotum, dum collatis meo & illius libellis, deprehẽdi q̃ nequiter transierit robora mea, & tanta bucca iactaret assertionem sacramentorũ contra Lutherum. Scilicet hoc regnum Papisticum e mẽdacijs natum, nihil potest præ ingenio suo, nisi perpetuo mentiri, fallere, simulare, illudere, super aristas incedere, & in his omnibus gloriari & triumphos iactare.

Sed age, reuelemus sceleratã hanc & regiam nequitiam, in prima tyrannide, scilicet una parte sacramenti. Ego alteram partem esse impie Christiano populo ablatam, septẽ argumentis probaui, quæ & tunc me uincebant, nunc aũt & triumphant, postq̃ assertor Papistarum gloriosissimus regia fortitudine illa transit intacta. Primum erat autoritas Euangelistarũ narrantium cõstanti & uno sermone, Christum instituisse utramq̃ speciem, ijs qui memoriam sui essent facturi, & signanter ad calicẽ adiecit, bibite ex eo oẽs. Ad hoc nihil dicit Rex defensor Ecclesiæ. Secundũ erat, Si solis presbyteris dedisset Christus in cœna sacramentũ, non licere ullam partem laicis dare, cum non liceat institutum & exemplum Christi mutare. Hic tacet gloriosus defensor Rex Angliæ. Tertium, Si potest una pars huius sacramenti laicis tolli, poterit & pars baptismi & pœnitẽtiæ eadẽ autoritate tolli. Et quicquid Christus unquã statuit, potest partim tolli, Si non potest, nec illa pars tolli potest. Adhoc obmutescit gloriosus assertor sacramentorum.

De utraq̃ eucharistiæ specie.

Quartum, quod Christus dicit sanguinem suum fundi pro remissione peccatorũ nostrorum, ideo quibus remissio datur peccatorum, eis non posse negari signum remissinis, quod illis Christus dederit. Ad hoc mutus est laruatus Thomista Anglorũ. Quintum, Si potuit uinum tollere, poterit & panem, ac per hoc totum sacramentum tollere & institutum Christi penitus euacuare, si totum non potest,

nec partem poteſt. Et inuictus Rex forte recordatus pro uerbij, Silentio reſpõdetur multis, & ipſe mihi, ſilendo oĩa diſſoluit. Septimum eſt, Paulus omnium obſtruens ora, qui. j. Corin. xj. non presbyteris, ſed Eccleſiæ & omnibus fidelibus tradit totum ſacramentũ. Hoc argumentũ dixit Aſſertori ſacramentorũ, Noli me tangere.

Satis ne uidiſti nequitiam huius aſſertoris? Tu nunc uide an in tali corpore ulla ſit gutta regij ſanguinis, aut in animo, eius ſcintilla boni uiri. Quem rogo non urat hæc pluſq; ſophiſtica malitia & impudentia, quæ ex animo, & de induſtria aduerſus agnitam ueritatem ſic inſanit, ut nõ modo ſibi, ſed & orbi toto uelit extinctam & ſepultam? plane uas electionis iſte eſt Satanæ, & digniſſimus defenſor Eccleſiæ Papiſticæ. Eo ſtudio & plæraq; alia molitur per totum ſuum blaſphemum & ſacrilegum libellum. Et pius Lector hoc ſigno diſcat eum cauere ceu ſentinam mortis, & ſuſpectum habeat per ſingulos apices, nulla uenia dignus eſt, quia nullus error hic eſt, ſed mera nequitia & indurata malitia ad mentiendum & blaſphemandũ intenta.

Verum elinguis iſte defenſor in rebus neceſſarijs, uideamus quã linguax ſit in ſuis nugis. Ventrem diſtẽde lector, magnalia iſta Thomiſtica ut capere poſſis. Probaturus licuiſſe alteram partem tollere, quã regaliter incedit, quaſi eſſet Rex, Eccleſia (inquit) mane cõmunicat ſacramento, quod Chriſtus fecit ueſperi, deinde nos a quã uino miſcemus, de quo tamen nihil meminit ſcriptura. Quare ſi Eccleſia hic potuit aliud facere aut inſtituere, potuit & partẽ ſacramenti tollere. Sic rotari & ferri debet præceps & inſana mentiendi libido aduerſus dominum gloriæ. Q; uellẽ modo poſſent aſini & porci loqui, ut inter me & Henricũ iudicarent, ſed accipiam alios aſinos & porcos, qui nimis poſſunt loqui. Iudicate ergo uos ipſi Sophiſtæ, Parriſienſes, Louanienſes, Colonienſes, Lipſenſes, quoq;, & ueſtri ſimiles ubi

ubi sint. Qua dialectica ualeat ista Henricissima & Thomisticissima cõsequentia? nam & uos ad marginem signastis libelli huius. Hic iacet Lutherus prostratus, & Henricum uestrum approbastis. Dicite ergo, unde locus? unde regula istius consequentiæ? Aliquid fit extra scripturam, ergo contra scripturam est sentiendũ. Vinum miscetur aqua extra testimonium scripturæ, ergo scriptura alterã partem statuens, est damnanda, pro hæresi habenda & alijs rabidis blasphemijs uestris conspurcanda. Pudescit ne tua frons Henrice, non iam Rex, sed sacrilegus latro in diuina & sancta uerba Christi? Nondum sudatis uirulenti sophistæ? Ecce quam iacet miser Lutherus prostratus. Vos miserabiles trunci, sic estis in reprobum sensum uersi, ut hoc principale robur affirmetis huius regij libelli, q̃d ipsa saxa clamant, esse summam blasphemiam.

Fingam hic aliquot genera stultorũ uel furiosorũ, ut regem meũ suis plenius pingam coloribus. Siquis sic disputaret, ut contrariũ scripturæ fieri probaret, ideo scripturam debere cedere, ut, adulteriũ fit, ergo lex prohibẽs adulteriũ est hæretica, credo hũc etiã meo regi, quãuis sit furiosissimo, furiosum uideri. At quãto tamẽ hic sapientius disputaret, cũ hic meus Henricus disputat. Siquidẽ si omnino est scriptura per factũ aliquod abroganda, nullo melius cũ contrario facto abrogat. At meus Rex, ut superet omnẽ furiam, probat facto impertinẽti, scripturã abrogandã esse. Nã misceri aquã uino, nihil magis cõtrariat utriq; parti sacramentorũ, quã creatiõi aut natiuitati Christi. Si ergo recte arguit rex. Vinũ aqua miscet sine scriptura, ergo scriptura est deserenda de una parte sacramẽti. Valebit etiã iste syllogismo, Vinum miscet aqua sine scripturis, ergo scriptura de creatione, de natiuitate Christi est abrogãda. Docet ergo nos rex gloriosus, scripturas & uerbũ dei tollere debere, nõ modo p factũ cõtratiũ, sed & p impertinẽs, & nisi ei cõsentiamo,

ſolus uult eſſe Chriſtianus imo defenſor & aſſertor Eccleſiæ, nos omnes hæreticos. Et hanc quidẽ mercedem erroris ſui, ſicut oportuit rex meus recepit in ſemetipſo.

Sed & alium fingam ſtultũ, Si quis cõtenderet, unũ aliquẽ locum ſcripturæ eſſe hæreticũ, quia alius eiuſdẽ ſcripturæ locus produceret, nihil pugnans, ſed tantũmodo impertinens, ut ſi diceret, Iohannem baptiſtam non eſſe præcurſorem, quia Iethro cõſuluit Moſi ciuilem politiam inſtituere, forte etiam Rex meus hic uel rideret uel miſeretur hominis mania, ſed nulla eſt comparatio huius maniæ ad regiam maniam. Nam ſi impertinentia poteſt aliquid de ſcripturis mutare, rectius hoc faciet impertinens ſcriptura ad ſeipſam, cũ impertinens factum extra ſcripturam. Nam uinum miſceri aqua, eſt factum prorſus extra ſcripturã & impertinens ad partẽ ſacramẽti. Et tamẽ meus Rex, teſtibus Sophiſtis, hoc ſyllogiſmo proſtrauit Lutherum miſerum, & indulgentias meruit donare, digniſſima certe retributione pro tali ſapiẽtia. Igitur nihil peccaris deinceps, ſi ſic argueris, Henricus eſt rex Angliæ, & tamẽ nec deus cognouit, nec ſcriptura meminit, ergo Chriſtus nec eſt natus nec paſſus, imo tota ſcriptura nihil eſt. Verum ego hic ad marginem mihi ſignari nolo, Hic iacet proſtratus rex Angliæ, quia uerbis nolo proſtratum, ſed rei euidentia.

Quid igitur ex iis omnibus colligemus? Hoc ſcilicet, q̃d cogitationes impiorum cordium reuelantur hoc ſigno cõtradictionis, Nam ideo ceciderunt in hæc barathra abſurditatis & horribilia monſtra, quod diuinam ſcripturam ex animo habent, pro re quadam humana, quale eſt, mixtio aquæ & uini, nec ei ullum habent maiorem honorem, ideo ſic ipſa confundit eos, qui eam non honorauerunt & glorificauerunt ſicut diuinam ſcripturam. *Scriptura Sophiſtis.*

Verum quid porcis iſtis cum ſcripturis? deſcẽdamus ad ipſorũmet diatribam, & ſua etiã ignorare eos cõuincamus.

Libera cõmunio sacramẽti

Dicat ergo nobis gloriosus assertor sacramentorum, unde probetur, Missam necessario mane celebrandam esse, aut quomodo hoc sit contra Christi institutum, si mane celebretur, quod ille uesperi fecit? Idẽ quæro, de miscẽda aqua in uino. Quis fecit hunc articulum fidei? quis audet dicere peccatum esse, si sine aqua celebrẽt? An Henricus, dum dicit, Oportet sic esse, & nõ credit Lutherum sine aqua celebrare. Consuetudo (inquit) habet uim legis. Respõdeo, habet uim legis in ciuilibus causis, sed nos in libertatem uocati sumus, quæ nec legem nec consuetudinem ferre potest aut debet, cum agamus in spiritualib⁹ rebus. Quare dominatio & regalitas Henrici, suam dialecticam male didicit, & hoc loco uitiosissime petit principium, arripiens hoc pro certo, pbato, diuino, necessario articulo fidei, quod est mere liberum & humanũ inuentum. Nihil ergo mirũ, si ruina libelli eius sit magna, quẽ super talem harenã ædificat.

Quare nos Papistis & Henricistis istis sanctis libẽter fauemus magnificos illos fidei suæ articulos, qua credunt, Esse tantum mane cõmunicandũ, Esse tantum in loco sacro aut portatili (quod uocant) celebrandũ. Esse aquam uino miscẽdã, & alios grauissimos & his sanctissimis sanctis dignissimos articulos. Nos autem tales fideles, mere fatuos & stolidos affirmamus, & cõmunionem sacramenti liberam habemus, siue per diem, siue per noctem, siue mane siue uesperi. Libera sunt tempora, horæ, loci, uestes, ritus. Apud nos nõ peccat, qui modeste ederit & biberit ante cõmunionem, quod & Paulus confirmat. j. Cor. xj. dicens. Siquis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis ad cœnam dominicam.

Ita Christus uesperi instituens cõmunionẽ, nõ instituit uesperam pro cõmunione nec matutinum, neq; enim uerbum de tempore, personis, locis, uestib⁹ meminit, alioqui, si exemplum temporis articulum facit, faciet etiam articu-

los,

los, exemplum ætatis, loci, personarum, uestium. Et non licebit alijs, cũ uirilis ætatis hominibus, ut Apostoli erãt, cœna ista participare, deinde nõ nisi in uestibus laicis. Deniq; nullis mulieribus dare licebit, ne uirginibus quidem, cum non dicat scriptura fuisse eas tum participatas. Et quis numeret omnia absurda, quæ Regem istum exactorem tantũ sequentur?

At longe aliud est, utraq; pars sacramẽti, nam eam Christus non reliquit liberam, sed ipsam & usum eius certis & apertis uerbis instituit. Et meo sensu melius & tutius foret aquam non misceri uino, cum sit mere figmentum humanum, & sinistram, immo pessimã habeat significationem. Non enim significat nostrã in Christo incorporationem, eũ simile signũ non habeat scriptura, sed illud, quod Isa. 1. dicitur, uinum tuũ mixtum est aqua, hoc est, purissima dei scriptura uitiata est humanis traditionibus. Et quod impletur cũ maxime in hoc sacramento, immo uinũ hic in aquã totum est mutatum, nihil enim reliquũ est uerborum dei in hoc sacramento.

Aquã in sacramẽto uino miscere.

Non quod damnem usum mane & locis sacris cõmunicandi, sed necessitatẽ repudiamus. Volumus enim, si quis ieiunare non possit, aut reumate uel grauedine leuari ieiunus non possit, ante comedat & bibat, cũ participet mensæ domini, & hoc libere agat, quo corpore & animo sit cõpositissimus. Nam quod Henricus Ecclesiam uocat, nos dicimus meretricem purpuratam esse. Ecclesia enim, & si ritibus & ceremonijs carere non possit, non tamen leges & laqueos animarũ ex ipsis facit, faciunt autẽ hoc, qui Ecclesiæ nomẽ iactant porci illi & asini, Henricistæ, Papistæ, Sophistæ, Thomistæ & sui generis deceptores & Antichristi.

Habes itaq; Lector, quid de sapientia Regis Angliæ sentire debeas, quem uides, cũ stolide & ridicule cõtendat, uaiere in articulum fidei cõsuetudinem incertæ originis, tum

liberam & mutabilem, aduersus apertũ, concessum, & immutabilem sermonem Euangelij, quo simul discis, quã cõtemptum habuerit sermonem dei, dum libellum suũ cõciperet, inflatus nomine & maiestate coronæ suæ, aduersus inopem & pauperem Lutherũ. Sed Christi iudiciũ ex parte uidisti, cẽq; nihil metuat Reges superbos & blasphemos, sed potius montes transfert antecq; cognoscant, & apprehendit astutos in astutia sua. Confirmo itacq; libellum meũ de Captiuitate Bab. Christianissimũ, ut cui robora nõ tetigit meticulosus Thomista Rex, & contra meas rupes uagis & aridis stipulis ludens, egregium præbuit orbi spectaculum, ut pueri & moriones intelligant eius insignem inscitiam, hebetudinem, malitiam & nequitiam.

TRANSEAMVS AD ALIVD.

De transubstantiatione.

QVARTO, cum ego demonstrassem, non esse necessarium credere, panem & uinum transsubstantiari. Insurgit in me Thomista Rex duabus machinis, Quarũ prima est, Ambrosij uerbum. Altera, Thomisticus ille aries, qui uocatur, Oportet sic esse. Ambrosium inducit asserentem, nihil remanere nisi corpus & sanguinẽ post cõsecrationẽ. Quid ego respondeam tam insulsis & ineptis stultis? Si hic quæram. An Ambrosij uerbum sit articulus fidei necessarius, dicet Rex, Oportet sic esse. Si dixero, quis dedit Ambrosio ius condendi articulos fidei? dicet, Oportet sic esse. Et non uidet stolidum caput, tale esse Ambrosij uerbum, quod seipsum deuorat, cum impossibile sit, nihil remanere nisi corpus & sanguinem post consecrationẽ, nisi quod apud Thomistas subtilissimos uiros, forma, calor, frigus & alia accidẽtia, nihil esse dicuntur. Nam hæc uere, ut non sunt nihil, ita uidemus ea remanere, ut Ambrosium hic errasse palã palpemus etiam.

Sed esto, Ambro. uoluerit non remanere panẽ & uinũ, dicam, Ambrosiũ suo sensu abundare permitto, Necq; san-

ctus uir, hoc uerbo cõscientiam ullius ceu articulo fidei uo luit obstringere, cum id nõ possit e scripturis demonstrare, sed sicut ipse libere hoc modo est opinat⁹, ita permisit alijs aliter opinari, exceptis Thomistis, quos etiam ueternosis somnijs suis, ceu articulis fidei, iustũ est illaq̃ari & uexari.

Iam aliud regis robur, quod oporteat sic esse, qa clara sũt (inqt) uerba Christi dicentis, Hoc est corpus meũ, nõ dicit, cũ hoc aut in hoc est corpus meũ. Hic iterũ nõ tã lethargũ regis q̃ nequitiã accuso. Sic em̃ detruncat latro uerba Christi, & meũ argumentũ regaliter trãsilit, ac si ius haberet uerba dei rapere & ponere pro libidine. Ipse iuxta rudissimã & asininã Thomistarũ philosophiã, aptat pronomẽ, Hoc, ad prædicatũ, Corpus meũ, deinde, mox quasi id euicisset, clamat, aperta sunt uerba, hoc est corpus meũ. Sed interim totũ pondus quo larualem illam philosophiã urgebam, tacet subdolus sophista. Hoc em̃ tota disputatiõe egi, ne pronomẽ, Hoc, ad corpus meum aptari possit, in eo loco, Neq̃ enim opus mihi erat tã crassis porcis, qui mihi dicerent, nihil esse nisi corp⁹ ibi, si ꝓnomẽ, Hoc, nõ nisi corp⁹ demõstraret.

Sed cũ uitiosissim⁹ petitor principij, ut est mos oim̃ sophistarum, debeat primũ ostendere, pronomẽ, Hoc, ad prædicatum pertinere, & meas rationes diluere. Horũ nihil facit, & garrit ridicule, Christũ non dixisse, in hoc uel cũ hoc, sed hoc est corpus meũ. Nõne & ego ista subtilissima subtilitate Thomistarum possem dicere, Christus non dixit, panis transsubstantiatur in corpus, ut uos fabularũ magistri fingitis? Sed hic fuerat Regi laborãdũ, ubi ex filo sermonis ostendi pronomẽ, Hoc, ad panẽ aptari, & sic sonare apte uerba, Hoc est corp⁹ meũ, id est, hic panis est corp⁹ meum. Nã text⁹ sic habet, Accepit panẽ, bn̄dixit, fregit & dixit, Hoc ẽ &c. Vides hic, ut oia illa uerba, accepit, bn̄dixit, fregit de pane dicãt. Et eũdẽ demõstrat ꝓnomẽ, hoc, qa illud ipsũ, qd accepit, bn̄dixit, fregit, hoc, ĩq̃, acceptũ & bn̄dictũ

& fractum significatur, cum dicitur, Hoc est corpus meum, non prædicatum, sed subiectum demonstratur. Non enim corpus suum accepit, benedixit & fregit, sed panẽ, ideo nõ demonstrat corpus sed panem. Hæc sunt clara uerba, quæ Rex nequitiosus occulit, & nudam illam propositionem urget, hoc est corpus meum, & pronomen, Hoc, ad corpus temeritate propria aptat.

Sed & hoc insigne est sapientiæ Thomisticæ, quod postulatus rationem huius articuli fidei, cum nullum articulum sciat a me admitti, nisi apertis scripturis munitũ, ipse tamen nihil aliud affert, quam oportet sic esse, uerba sunt clara & aperta. Quis autem tam insanus est grammaticus, qui ex hoc sermone, Hoc est corpus meum, intelligat aut colligat, id quod est, panem transsubstantiari, nisi Thomistarũ sex, quæ etiam grammaticam nos dedocuere? Cur non & eadẽ facultate dicit, trãssubstanciationẽ etiam illo sermone ostẽdi, quando dicitur, Apocalypsis beati Iohannis. Si enim satis est pro articulo fidei regaliter dicere, uerba sunt clara, nulla erunt uerba, quæ non possint omnium omnia probare, maxime cum audiat stolidum caput uerba ista a me in alium sensum clara appellari & pro suo sensu aliena nedũ obscura.

Quin eximius nostralis Rex Henricus, stropha Thomistica ausus est etiam a me exigere, ut probem non transsubstantiari. Scilicet insulsissimus Thomista, docendus etiam est elementa disputationis, qui cum affirmatiuam debeat probare, contendat ab aduersario, ut negatiuã probet. Hos doctissimos uiros ad hæreticos mittamus & ad Turcam, ut fidem nostram defendant, sic, ut non sit necesse rationem fidei reddere, sed solum dicere, proba negatiuam. O porcos & asinos Thomistas. quanq̃, ut dixi, mea fortiter ex ipso euangelio probaui, Scilicet quod id asserendũ sit in rebus fidei, quod scriptura asserit, quod ipsa non asserit, non esse

asserendum, sed liberum habendum. At sacramentum ipsum, aperte uocat panem.

Sed hactenus philosophatus sit Thomista noster regius, iam uidere dignum est, ꝗ Thomistice & Theologisetur, aduersus meas rationes. Cum ego aduersus Thomisticum illum fidei articulum, posuissem fulmen illud cœleste Pauli uerbum. 1. Corint. 12. ubi tam aperte panem appellat hoc sacramentum, ut nec regis ruditas nec Thomistæ nequitia ullum mentiendi & ludendi effugium inuenire posset, cũ stent uerba Pauli luce clariora, Panis quem frangimus nõne participatio corporis domini est? Nõ ait, Corpus quod frangimus, non ait, nihil illud consecrationis, reliquũ, quod frangimus, aut accidentia quæ frangimus, sed panis quem frangimus, utiq; iam benedictus & consecratus. Hic igitur panis benedictus, est participatio corporis domini &c. Simile est. 1. Corint. 11. Qui manducat hunc panem &c.

Hic bonus & suauis Thomista, nihil neq; scripturarum neq; rationũ afferens, sed ex mero suo, Oportet sic esse, dicit. Scripturam sanctã solere aliquando id appellare, quod fuit uel quod simile sit, ut Exo. 7. Deuorauit uirga Aaron uirgas Magorũ, id est, Draco qui fuit uirga Aaron. hæc ille.

Recte in caput tuum mentiris Rex stolide & sacrilege, qui fronte impudenti ausus es uerbis dei infallibilis tribuere, ut aliud sonent ꝗ significent. Quantam obsecro fenestram blasphemandi aperuerit furor iste Regis, uniuersis hæreticis & fidei hostibus? Si semel admissum fuerit, scripturæ autoritatem lubricis & fallacibus uerbis niti, quid tum non probare, improbare, tueri & defendere poterunt omnes omniũ dogmatum Magistri? Quanto rectius S. Aug. ne iocosum quidem mendacium, nec officiosum in sacris literis recipere uoluit? Hic uero Rex nobis copiam facit, sicubi scripturæ nos urget autoritas, ludendæ eius & sic interpretãdæ, ne possit nos urgere.

Scripturæ usus debet esse genuinus.

Sed esto, Rex Thomisticus non dignetur creatorem suum, tanto honore, ut sensum suum in uerba eius captiuet, fassus sese potius nescire, quomodo uirga uirgam uorarit, ꝗ temere ea deprauet. Sitq; uerũ, quod uirga dicatur Draco, qui fuit uirga, Qua consequentia sequetur, & hic panẽ dici, qui panis non sit, sed fuerit? An hoc est sine scriptura omnibus locis scripturæ aptandum, quod uno loco reperitur? Scilicet hac Thomistica sapiẽtia fretus, sic argues, Scriptura semel dicit, uirginem esse matrem, ergo oportet multas alias quoq; uirgines esse matres, licet scriptura de ijs nihil dicat, quemadmodum hic facit, panem non esse panem oportet, quia uirga non est uirga.

Aduersarius Arrianus.

Sic sescẽta exempla mõstri huius similia e scripturis produces, Nimirum Arrianam fecem & sentinam olet hic laruatus Thomista, nam & illi, cum urgerentur scripturis euidentibus, Christum esse deum, hac regia & Anglica acutie tanto ante tempore dixerũt, Christus nũcupatiue est deus, sed non uere, hoc est, dicitur seu uocatur deus, sed non nascitur deus. quo modo? & hic nouus Arrianus audet blasphemare, apud paulum dici panem sed non esse panem. Sic & Manicheos facile tuebitur hic gloriosus assertor sacramentorum, qui uerbis dei rem subtraxerunt & fantasma substituerunt.

Denicq; & ego Regis arte utar in eum & dicam. Thomistica tua transsubstantiatio non est, sed dicitur transsubstãtiatio, seu est similis transsubstantiationi, Quomodo me prohibebit? An nõ mihi sic licebit in suo ueterno nugari, ut ipse nugatur in synceristimis uerbis dei? Probo aũt sic, Quia semel legitur in scripturis, Virga uocari, quod uirga nõ est, ergo mihi licet, ubi uoluero, intus & extra scripturas, autoritate propria, alicuius negare substantiam & asserere solã nũcupationẽ, nisi tanti Regis, tã Thomistici, tã subtilis, tã gloriosi & gloriabundi assertoris exemplũ & autoritas ni-

hil ualeat. Vides ergo lector, q̃ſ similis ſit ſibi ubiq̃ & undiq̃ Thomiſtica ſapientia, rudiſſima illa & aſinina ruditas? Perpetuũ eſt enim inſulſiſſimorũ ſophiſtarũ uitiũ, ut principiũ petant, & quod probare debent, probatum eſſe præſupponant, deinde ex auro domini imagines ſibi conflent maſculinas, ut Ezechiel dicit, & ſuis ſomnijs diuina uerba aptent. Tum dicant, Oportet ſic eſſe, quod ego dico, quia ſic eſt, quod ſcriptura dicit. O dignos Papiſticis indulgentijs & ſacramentis aſſertores.

Sed hæc eſt illa Germana Satanæ machina, qua ſeſe trãſfigurat in angelum lucis, & ut ab initio ſimilis eſſe uoluit altiſſimo, ita non ceſſat ſimilia tam uerbis q̃ factis diuinis moliri ſemper, in deceptionem filiorum incredulitatis. Sic in Papa ſuo ludit, ubi cum ſibi ius arrogaret uoti ſoluendi, magna bucca in Decretalibus ſuis ſatis cõfidenter euomit hanc ſimitudinem. Primogenitũ aſini mutabatur oue, ergo ego uotum mutabo alio opere, quaſi primogenitum aſini ſit uotum. Ita hic Rex blatterat, uirga dicitur uirga & tamen non eſt uirga, ergo Paulus panẽ uocat, quod non eſt panis, quaſi uirga & panis idem ſint. Quæ barathra non inundaret Satan in Eccleſiam, poſtq̃ Sophiſtæ in cathedras recepti, hac forma docendi & diſputandi uti cœperunt?

Sathanæ machina.

Sed & aliã ſuã Rex oſtẽdit dexteritatẽ in hac re, ut nihil niſi Thomiſta a q̃q̃ credi poſsit. Si (inqt) Lutherus tã rigide captat uerba ſcripturæ, dicet, & Chriſtũ eſse panẽ triticeum in cœlo, dũ dicit, Ego ſũ panis q de cœlo deſcẽdi. Itẽ naturalẽ uitẽ ubi dicit, Ego ſũ uitis uera &c. Dixi antea, nihil craſſi⁹ & inſulſi⁹ eſſe ſub ſole natũ Thomiſticis mõſtris, q̃s eẽ puerorũ hũc delyrũ Regẽ hic nõ rideat, niſi qd p̃ inſigni neqtia & rabie blaſphemãdi, magis odio aut lachrymis dign⁹ ẽ. Tm̃ nõ eſt in ipſo aut ſenſ⁹ aut uigiliæ, ut uideat, qd interſit, inter ſua ſõnia & hæc uerba Chriſti. Ipſa em̃ cõſequẽtia ⁊ borũ, abſurditas rerũ, pugnãtia intelligẽtiarũ, tũ ipſiuſmet interpretatio, cogũt eum de pane ſpirituali loqu

ſicut dicit. Verba mea ſpiritus & uita ſunt. Quorum nihil eſt in uerbo Pauli, de pane ſacramenti loquētis, immo omnia urgēt Paulum, de pane triticeo intelligi. Ad huc audet truncus iſte immobilis, ſimilitudinem phraſis hic aſſerere, quā nullus morio hic poſſet fingere.

Sed tamē ꝓ dignitate Thomiſtica hoc facit Rex, quorū eſt, omittere canonem intelligendæ ſcripturæ (qui eſt, conſequentiam, circunſtantiā & pugnantiam obſeruare,) & quouis arrepto & detorto uerbo, quoduis aſſerere. Quare, hic uide, rogo lector, quid ſentire debeas de hoc inſulſiſſimo ineptiſſimoq; libello, tā ſtupidi & ſtolidi Regis, ſimul quā nihil iuditij, nihil obſeruationis, nihil diligentiæ ſit in toto corpore Thomiſtico, ſed omnia temeritate & præſumptione & oſcitantia incredibili, dici & geri & fieri, ut tedio poſſint enecare tam lectores q̃ ſpectatores ſuos.

Nota Canonē intelligendæ ſcripturæ

Stat ergo meus Paulus aduerſus trāſſubſtātiatores iſtos futiles inuictus, & dicit, Panis quem frangimus. & duplici cornu illos ferit, Primū, quod ſua aſſerere nulla ratione neq; autoritate poſſunt. Deinde, quod frigidis ſuis ſolutionibus aliud non faciunt, quā quod principium uicioſiſſime petunt, ac ſummū quod efficiunt, eſt, quod poſſit ſic eſſe, ſicut fingunt, cū probare debuerint, & factum & ius, quod ita ſit & oporteat ſic eſſe. Nemo enim dubitat, quin deus poſſit tranſſubſtantiare panem, ſed quod id faciat, non poſſunt oſtendere.

Et miror ſapientiſſimū hunc Thomiſtam, cur non & accidentia tranſſubſtantiet, cur uerba iſta tranſſubſtantiationis, iuxta ſuū cerebrum, ſolum corpus Chriſti ſonent. Hoc eſt corpus meum. Ergo nihil ibi niſi corpus Chriſti erit, teſte ſuo Ambroſio, quare nec albedo ibi erit cum alijs accidētibus, aut cur non diſſerit, quid nam obſtet, ne panis ibi maneat, quomodo accidētia manent? Quæ neceſſitas perimēdæ ſubſtantiæ, & ſeruandorum accidentiū? An ſolum illa

Thomiſtica

Thomistica, Oportet sic esse?

Prætereo hic rhetoricissimũ illum contemptum, dum duas urgẽtissimas similitudines apposui, de ferro ignito & deo incarnato, ubi neq; igni ferrum, neq; diuinitati hominem necesse est cedere. Mihi enim etiã si nõ necesse sit, mea asserere, tamẽ satis negocij fecero assertori, si suum figmentũ, aliter se posse habere demonstrauero. Itaq; possum dicere, Corpus Christi sic saluo pane in sacramento esse, sicut est ignis in ferro, salua ferri substantia, & deus in homine salua humanitate, utrobiq; sic mixtis substantijs, ut sua cuiq; operatio & natura propria maneat, & tamen unũ aliquod constituant. Sic dicere, in quã potero, donec Papistæ, hanc similitudinẽ, non contemptu Thomistico, sed asertione fideli sustulerint. Ipsorum est enim affirmatiuam probare, quã ego una particulari possim labefactare. Non enim est hoc asertionem sacramentorũ scribere, aduersarij argumẽta transilire & contemnere, ut hic facit insulsus Thomista, sed demonstrare ea esse nulla & inania, alioqui ea pro inuictis haberi cogit ipse asertor, sua ridicula dissimulatiõe & meticulosa fuga.

Simile.

Optimũ uero & pulcherrime Thomisticũ est, quod ultimo & digne memorandũ est, ubi dominus Henricus, Magister nostralis, eam causatur rationem, ne panis manere dicatur. Nempe, quod nulla substãtia digna sit misceri illi substantiæ, quæ creauit omnia. Hic Lector, semel admirare Thomisticæ sapientiæ magnalia. Primũ, dominus Henricus sentit in sacramẽto, diuinitatem Christi succedere pani, ideoq; panem cedere debere, ne misceatur tam indigna substantia Creatrici substantiæ. Obsecro, quis hæreticꝰ sic insaniuit unq̃, ut doceret, panem in diuinitatem conuerti? Nonne & ipse Henricꝰ cum suis porcis & asinis docuerũt hactenus, panem in corpus mutari, non in diuinitatẽ? Aut nunquid tribuent corpori & sanguini Christi tantum, ut

Ecce inauditam sophistæ hæresim, insciticq; parẽ

creatrix substātia dici possit? Vide quorsum rotet furor impius mētes sacrilegas, postq̄ semel mēdacijs niti cœperūt.

Deinde & hoc festiuissimū genus argumēti, merito Lutherū moueret, Substantia est indigna, ergo nō pōt misceri digniori. Scilicet in his rebus fides nostra pendet in dignitate & indignitate substantiarū. Concludamus ergo, autoribus Thomistis, Deum non esse hominem, quod humana substantia indigna sit tantæ maiestatis dignitati copulari. Negemus spiritum sanctū diffundi in corda etiā iustorū (ut taceā impiorū iustificandorū) q̄d cor hoīs nimio sit indignum maiestate spiritus. Ita & hic Henriciana sapiētia, Panis non est corpus Christi, quia corpus Christi creatrix substantia dignior est, quā ut misceri possit tam uili substātiæ. Belle, pulchre, Thomisticissime & Henricissime, si panis indignitas non sinit, ut sit corpus Christi, tamen istius ratiōis dignitas, dignissima est, quæ in nullis nisi Thomisticis cerebris & asinis istis habitet & ualeat.

Si aūt interrogauero, Panis substātia est indigna misceri corpori Creatrici substantiæ, cur ergo accidētia digna sunt misceri & manere, cū deus Thomistarū decernat, substantiam esse potiorē accidētibus oībus modis, p̄terq̄ uia cognitionis, q̄d ex parte nostri defectus cōtingit? Quid hic dicet dominus Henricus assertor subtilissim⁹? Absq̄ dubio nihil aliud, q̄, Oportet sic esse. Ego sum rex, & si hoc parū est, Ego sum Thomista, ergo est uerū, hoc est, q̄d dignū dicunt seipsis. Sic enī porcis cōuenit exhaustis medullis triticī furfurē & siliquas comedere, & p substātia panis accidētia iactare. Imo Christus uerax hic inuenit, q̄ dixit, dabo uobis os & sapiētiā, cui nō poterūt resistere & cōtradicere oēs aduersarij uestri. Nā satis uides, lector, quā furiosis mēdacijs seipsos lacerēt sacrilegi Papistæ, dū mihi cōtradicere conant. Potētia est hæc ueritatis, qua mēdaces ostendit, q̄ sese maculāt & cōprehēdit astutos in suamet astutia.

Habemus itaq; hunc articulum, quãuis non anxie a me exactum antea, nunc multo confirmatissimũ, proprijs Papistarum assertionibus, id est mendacijs & stulticijs & blasphemijs, ut iam tutissimi simus, merissimum esse impiorũ & cæcorum Thomistarum figmentum, quicquid blaterãt de transsubstantiatione ista. Essecq; firmiter fidelibus uerbis dei nitẽdum, ubi in Paulo simpliciter & pure dicit, Panem esse corpus Christi, quem frangimus & manducam⁹. Quare ne ingratus sim magisterio domini Henrici, nunc muto, & transsubstantiare uolo meam sentẽtiam & dico. Antea posui nihil referre, sic siue sic sentias de trãssubstantiatione, nunc autem, uisis rationibus & argumentis assertoris sacramentorũ pulcherrimis, decerno, Impium esse & blasphemum, si quis dicat, Panem transsubstantiari, Catholicum autẽ & pium, siquis cum Paulo dicat, Panis quẽ frangim⁹ est corpus Christi. Anathema sit, qui aliter dixerit, & iota aut apicem unum mutarit, etiam si sit dominus Henricus nouus & eximius Thomista. *Summa de transubstantiatione.*

QVINTVM adest capitale summũ & angulare assertionis Henricianæ opus, Missam esse opus & sacrificium. Hic demũ dñs Henricus est dñs Henric⁹, & Thomista est Thomista. Ac primũ ex aliquo semirhetore forte audiuit, sicubi aduersarij senserit robora nimiũ inuicta, oportere rugato naso illũ rideri & cõtemni, ut stupidus lector credat, antea uictum aduersariũ, cũ impugnet a tanto rhetore. Sic & dñs noster Rex, magnificis ampullis præfat, ut sese belle fingat tedere cõfutatiõis tam stulti & indocti Lutheri negãtis, Missam esse opus & sacrificiũ, scilicet Satanas uuln⁹ sentit, ideo præ morbo animi incertus quid agat, mera ægritudine & impotẽtia me tentat irrisione & cõtemptu irritare. Sed ille, qui dedit nobis scire cogitationes Satanæ, dabit etiã nobis irrisorẽ irridere & cõtemptorẽ cõtemnere, suæq; insipientiæ fragiles ampullas cum fiducia traducere. *De Miß.*

Itaq; si uerba minantia & ridentia captes, Lutherũ septies uicit Rex assertor, Porro si rem ipsam spectes, eæ sunt nugæ, quas nobis iam tres annos frustra cecinerunt uicini nostri socijq; Papistæ. Scilicet, Missam esse opus & sacrificiũ, quia sic habet diuturnus usus multorũ, Sic Ecclesia (id est meretrix Babyloniæ) sentit, sic oportet esse, Magistri nostrales sic docuerunt, Et patres sic dixerunt. Hic est ille furor, quo insanit & clamat hoc loco iratus Rex, & spumat certe nõ bene propitius Luthero, si quid hoc ad assertionẽ sacramentorũ ualet, & Lutherum terrere potest. Cæterum, ut hunc tam receptum, tam uulgatum, tam probatum, adde & opulentum & uoluptuariũ articulum saltem uno aculo scripturæ sanctæ aut uerbis dei firmaret, aut meas scripturas dissolueret, hoc non oportet esse, hoc nõ habet diuturnus usus, hoc non sentit Ecclesia, hoc nõ docẽt magistri nostrales, hoc nõ ptinebat ad assertorẽ sacramentorũ.

Tamen ne nihil dicat tam insignis assertor, Vnam affert rationem plane potentissimam, qua hactenus omnibus satisfactum est, Missam esse opus & sacrificium. Ea est euiusmodi, si Missa non esset opus bonũ, laici certe nihil pro ea tribuerẽt clericis temporalis beneficij. Obstupesce Lector Regia & Thomistica est hæc ratio, & ut dixi, plane potentissima, nam plurimos permouit hactenus & permouet hodie. Hic iacet Lutherus prostratus, & nemo tam dextre eũ confecit, atq; Rex Anglorum in hoc libro, hac ipsa ratiõe, Nam ut nolim, cogor tamẽ confiteri hæc ita habere. Vere, inq;, Missa ideo est sacrificium & opus bonum, quod (ut Rex dicit) laici tribuunt opes sacerdotibus pro ea.

Nota

Rursus eadem ratione uerum esse oportet, inuito Luthero, Missam non esse opus bonũ, si laici non tribuerent suas in illam opes, Id quod probatur, erat euentus, si desijssent laici suas opes perdere (tribuere inq;) p Missis, & futurum, ut missa fieret, quicquid nummus uellet. Recte & optime

Rex hac ratione dixit, & dignissima tanto assertore ratiõe Missam asseruit. Itaq; in largitione laicorum & arbitrio pecuniæ est, Missam esse opus & quicquid esse sacerdotibus utile fuerit. Memento itaq; Lector, ab assertore rege nullã aliam afferre rationẽ pro Missa sua, q̃ istam.

Tu nunc iudica, quisquis es Lector, quid nam digne responderi possit tam furiosis, amentibus & deploratæ peruersitatis monstris. Quæ meretrix tam impudenter suas ignominias ausa fuerit iactare, atq; hoc impudentissimum regis os, palam auaritias & imposturas sacerdotũ iactat, atq; eas nobis pro ratiõe tãtæ suæ fidei obiectat? Sed toties nos terret diuini iudicij furor, qui his horrendis iræ exẽplis monet humiliter sapere in rebus sacris, dum tam præsentibus insaniæ pœnis percutit eos, qui aduersus sanam doctrinam & apertam ueritatem feruntur. Neq; enim ego regem hũc miserabilem omnibus uiribus poteram toti orbi tam fœdum & abominabile spectaculum facere, q̃ ipse facit sese, hac insania sua. Discite obsecro, miseri Papistæ, uel uestris turpitudinibus moti, aliquãdo timere iudicium dei, Quid erit in futuro, si in hoc tpe tam seueriter uos cõfundit?

Iudicij diuini furor.

Non minor est amentia, quæ sequitur, ubi cũ multis uerbis me contempsisset (hoc enim in Rhetorica potissimũ dicit) tãdem protestatur sese relicturum intactum, id quod maxime omniũ cõfutandum ei fuerat, nempe robur meũ principale & argumentũ capitale, ubi ex uerbis Christi ꝓbaui, Missam esse testamentũ & promissionem, ideo non posse opus aut sacrificiũ dici. Hic infelix assertor, uictus fortitudine huius roboris, misere dissimulata conscientia, non solum transit, sed protestatur etiam sese transiturum & alijs dimissurum. O assertorem sacramentorũ, o defensorẽ Ecclesiæ Romanæ, bis Thomisticum & omnibus indulgẽtijs Papæ longe dignissimum. Ignosci poterat, si transisset hoc robur meum silens, at protestari sese transiturũ, qui au-

Lutheri fundamentũ a rege intactum.

diat in hoc me unice & maxime fidere & inde omia illius profligari, hoc sic ridiculũ & stultũ est, ut nihil supra.

Igitur de clementia Regis assertoris speciali (ne iterũ sim ingratus) assero & pronuncio, Missam neq; opus neq; sacrificium esse, donec alius ueniat & probet testamentũ & promissionẽ dei, esse opus aut sacrificiũ posse. At quãdo is ueniet? Rex ipse sane uidit, uenturum esse ad calendas græcas, ideo securus reliquit intactum, miserrime conficiẽdus & conterendus, si tetigisset. Crederes hic Regem tantũ, aut uerissime, læso cerebro, insanire, aut hostem aliquem in eius ignominiam hunc libellum sub Regio nomine ædidisse. Quis enim hac insania maiorem uidit, q̃ hæc est, ubi Regia iactantia aduersus Lutherũ scribit, & in ipso opere, robora ac firmamẽta eius non modo dissimulant, sed apertis uerbis sinenda sibi esse pronunciatur?

Postq̃ uero dñs Henricus Thomista noster, hac argentea & aurea ratiõe ꝓbarat, Missam esse op⁹, pergit in fortitudine sua etiã Lutheri ratiões diluere, & primo Thomisticatur in hũc modũ. Qui lignũ cædit, facit opus, ergo q̃ cõsecrat facit opus, quare Missa etiã opus erit, Si aũt est opus, non est malũ, ergo bonũ. Hæc ille gloriosus assertor sacramentorũ. Hic iacet quoq; Lutherus prostratus.

Fateor plane me superari Thomisticæ hebetudinis immanitate, & laboro sic loqui, ut me aliqua parte intelligant miserabiles homies. Dico ergo, Missam accipi dupliciter, Vno modo Hinricaliter & Thomisticaliter, hoc modo, ut hic uides in libello Regis, Missa est idem q̃d cõsecrare seu proferre uerba cõsecrationis. Hoc autẽ esse nostrum opus ne Thomistarũ quidẽ hebetudo negare potest, tãtũ abest, ut hic uicisse Henricum nostralẽ Magistrũ negem. Verum hæc noua est Missæ diffinitio, nouumq; exemplũ, neq; em ego uel per febrem uel per phrenesim, sic de Missa cogitare unq; potuissem. Et miror copiosissimos Thomistas,

Mißa Thomisticaliter.

non confirmasse hanc rationẽ festiuam alijs quinq; rationibus. Nam si cõsecrare est Missa, potest etiã clamare, cantare, thurificare, cereolos incendere, calicem mundare, hostiã leuare, forte & sternutare & excreare, & quid nõ possit hac Henricissima prudẽtia Missa dici? Quin cõcedimꝰ nouo isti uerborũ & rerꝝ inuẽtori, ut caput asini uel porci missam uocet, Quid enim refert, q̃ duis dici, illis, cui uocabula & res stantq; cadãtq; ad placitũ iuxta suũ Aristotelem.

Cõfitemur itaq;, hoc modo Missam esse opus, & palinodiã canimus, pœnitetq; nos tam insignis erroris, q̃ ignorabamus fore, ut id Rex Angliæ appellaret Missam, alioq;, nõ defuisset nobis tãta eruditio, qua hũc errorẽ cauissemus, & causam scribẽdi tãti libelli p̃cidissemꝰ. Sed hoc male uexabit assertorẽ, quod hac ratiõe, Missa nõ erit bonũ opus, nisi bonus sit cõsecrator. Malus enĩ male facit cõsecrãdo, idest missando, ut rex dicit. Itaq; nõ licebit malo sacerdoti consecrare, imo neq; poterit, cũ Missam uelint necessario bonũ opꝰ esse, Peribitq; simul illa magnifica Theologia, qua difinitũ est, Missam etiã mali sacerdotis esse semp opus bonum, uirtute operis operati, licet nõ uirtute operis operantis. Nã dñs Henricus, opus operãtis pro missa accipit, non opus operatũ. Sed forte, Rex est pluribꝰ occupatꝰ, q̃q; ut uel disceret uel recordaret istius Theologiæ, de opere opati & operantis. Sic debent hostes ueritatis seipsos cõfundere & irridere, pro mercede blasphemiarũ suarum.

Opus operati & operantis

Alio modo, Missa est uere & proprie, sicut nos de ea loquimur, ipsum uerbum promissiõis cum signo adiecto panis & uini. Nã si cætera oĩa desint, & credideris his uerbis Christi, Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, uere Missam integram habes. deinde si acceperis signũ eadem fide, usum & fructum missæ accepisti. Vnde manifestissimum est, Missam non esse aliquid nostri operis aut uerbi, sed solius Christi, dantis tam uerbum promissiõis quã sig-

Proprie missa.

num in pane & uino, atq; usum eius non posse in offerendo aut operando, sed solum in recipiendo & patiendo consistere. Sed quomodo hæc nostra miser assertor sciret, qui sua propria ignorat de opere operato, & dum nos impugnat, seipsum fœdissime confutat?

Deinde pro sacrificio missæ defendendo sic Thomisticatur, Esto (inquit) Missa sit promissio, nõ hinc sequit, nõ esse simul sacrificium, quando in ueteri lege erãt sacrificia, quæ simul erant promissiões. Respondeo, Huius Thomisticæ assertionis debuit rex uel unum exemplũ producere. Nunc uero pro more suo, satis esse putat, si tantum scribat, in ueteri lege sacrificia fuisse ꝓmissiones, tum mox, Oportet sic esse. Sed tam stolido assertori (ut uideo) proponendus esset aliquis uocabularius, quo disceret primum, quid significet tam sacrificium q̃ promissio. Siquidem, ꝓmissio est uerbum, sacrificium est res, ut etiam pueri infantes intelligant, impossibile esse, ut promissio sacrificium aut uerbum res sit. Me miserum, qui, cum talibus stultitiæ monstris tempus perdere cogor, nec dignꝰ sum, ut ingenio aut eruditione præstantes mecum certent.

Promissio. Sacrificiũ.

NOTA BENE.

Error itaq; manifestarius est dicere, in ueteri lege fuisse, sacrificia promissiones. Nisi rex assertor lubricitate Thomistica, figurate uoluerit loqui, quod sacrificia promittebant, id est significabant futura in Christo. Verum hoc nõ est asserere sacramẽta, sed ludere & nugari uerbis, siquidẽ hoc modo, promissio est signum seu res, non uerbum. At nos in Missa potissimum uocamus promissionem, ipsa scilicet uerba Christi, sine quibus panis & uinum essent neq; signum neq; sacramentum neq; missa. Nam quod per sacrificia in fide oblata promissiones impetrabant, aliud est. Non enim hic uel de fructu uel significatione sacrificiorũ disputamus, sed de ipsa substantia, ut sciamus, quid sit, & quid non sit sacrificium.

Miratur

Miratur etiam dominus Henricus, quales nam ego concionatores audierim, quod scripserim, Nihil esse in contionibus de promissionibus his unq̃ dictũ, ipse uero ad tediũ usq̃ audierit, de testamẽto, de promissionibus, de testibus &c. Respondeo. Et ego miror Regis esse tam rude caput & tantam amentiam, qui tam insignes conciones audierit, & adeo nihil didicerit, neq̃ intellexerit uerbũ dei, nostrũ opus aut sacrificium esse non posse, quin contrarium sine fine blatterat. Si enim ulla scintilla rationis humanæ in eo uigeret, utiq̃ negare non posset, signum dei, opus dei esse erga nos. Sic sacrificium, & promissiões dei, esse uerbũ dei, non opus nostrum.

Deinde Rex iste mendacij, qui hoc loco scribit, sese usq̃ ad tedium audisse de testamentis & promissionibus eiusmodi, postea de sacramẽto ordinis garrit, ĩ tota cœna Christi nullam esse promissionem, non modo sibi ipsi turpissime contra dicens, sed impudenti mendacio in cœnam domini insaniens. Sic præcipitat Papistas furor & amẽtia, ut prorsus nihil uideant, quid dicant, aut contra quid statuãt.

Audet etiam asserere, manifestum esse, fieri a sacerdotibus, non modo id quod Christus in cœna, sed quod & in cruce fecit. Respondeo. Quando hoc dominus Henricus tantum dicit & non probat, Dico ego contra, manifestum esse, sacerdotes in Missa id omittere, quod Christus in cœna fecit, & id facere, quod Iudæi fecerunt in cruce Christo. Nec dico hoc solum, sed probo quoq̃, Nam qui uerbũ dei peruertit & extinguit, is uere crucifigit filium dei, id quod faciunt omnes, qui ex promissione opus faciunt, cum hoc uere sit ueritatem dei mutare in mendacium.

Quid sacerdotes in Missa faciant.

Post hæc urget me Canone illo Missæ, in quo Missa sacrificiũ nominatur, cuius autoritate ideo me uult teneri, quod eius uerbis usus sim. Nam ista uerba, Quociescunq̃ feceritis &c. non in Euangelio reperiri dicit, sed ista, Hoc facite,

in Paulo uero esse alia. Hic uide infœlicem Satanam, ut rep tat, ut captat, ut quæritat effugia, sed frustra, nõ effugiet. Ca nonẽ ego reieci, & reijcio, quod prorsus aperte cõtra Euan gelion uocat sacrificia, quæ sunt signa dei promissionibus adiecta, nobis oblata, a nobis recipienda, non offerenda. Nam quod Rex dicit, in Euangelio non esse ista uerba, q̃ci escunq̃ feceritis, quis puer non uidet Grammaticam asser tori tanto deesse? quasi uero necesse fuerit Euãgelistas, per omnes syllabas concordare, & formam illam sacramẽti sta tuere, quam nobis Papistæ sic immutabilem & necessariã statuerunt, ut peccati mortalis reum faciant & inferno tra dant, qui dictiunculam illam, Enim, omiserit, scilicet Rha damanti & Aeaci illi, liberrimarum conscientiarum carni fices sic delyrant.

Verba consecrandi.

Igitur, testibus Grammaticis & communi omnium sen su, dico, idem esse, quod Euangelistæ de cœna dicunt, quã tumuis paucis uerbis uariãt, idemq̃ esse, Hoc facite, quod. Quociescunq̃ feceritis. Cauisseq̃ credo spiritum sanctum singulari consilio, ut Euangelistæ eandem rem paulo aliter scriberẽt, & peccarent peccatũ illud irremissibile in formã sacramenti Papisticam, quo nos a futura superstitione & tyrannide impiorũ hominũ tutos redderet. Neq̃ enim mi nus uere consecraret, qui forma Lucæ, Marci, Matthæi, Pau li uteretur, q̃ qui Canonis istius impij & falsi utitur.

Vbi uero ego scripsissem, Sacrificium & Missam pugna re, cum sacrificium offeratur, Missa uero recipiatur. Hic au det audax dominus Hinricus Lutherum ad Bibliam pro uocare, dicens, Vbi est in ueteri lege uspiam ullum sacrifi cium, quod non simul offeratur & recipiatur? Plane hic Lu theri iactat summum argumentum corruere, securusq̃ triũ phat gloriosus assertor. Respondeo, non est hoc meũ sum mum argumentum, sed illud, quod supra dominus Hinri ricus pro Thomistica benignitate mihi donauit. Scilicet

Sacrificiũ & Missa pugnãt

Missam esse testamentum & promissionem, hoc inq̃, capitale meum argumentum est. Tamen ut triumphatori aliquid suggeram, si dominus Hinricus solum Biblia semel aperuisset & inspexisset, immo si meminisset psalmi quinquagesimi, quem puer olim legit (si Christianus est) non iactasset triumphum tam Thomisticum. Siquidem illic legisset holocaustum, quo nullum celebrius & maius sacrificium est in lege. Hoc certe totum soli deo offerebatur, nihil ex eo recipiebatur.

Quin si Rex meus paululũ haberet humani sensus, uertere triũphi quæstionẽ in eũ & dicerem, Vbi est in lege ullũ sacrificiũ, quod recipiebat & nõ penitus totũ offerebatur? An mihi sacrificiũ hic faciet, armos, pectuscula, & alia, quæ in usum sacerdotũ cedebãt? Aut offerre Rex illusor æquiuocus denuo uocabit, quod per populum & sacerdotes ex agris afferebat & applicabat corã dño? Scilicet idẽ est afferre & offerre apud dñm Hinricũ? Verũ quid hoc ad me, qd nugigerulus fingat. Mihi satis est, in lege, quicquid offerebatur deo, totũ incẽdebat, Qd aũt nõ incẽdebat, sed partim sacerdoti, partim populo tribuebat, nõ offerebatur, sed de oblatis sepabat & edebatur. Verũ qd ista sacra cũ ꝓphanis Papistis? Igitur in Calice meretricis Babylonicæ, nullũ est sacrificiũ, quod solũ offertur, illa enim sũt Biblia nostri domini Henrici. Biblia nostra referta sunt talib⁹ sacrificijs.

Vltimo, dicta patrum inducit pro sacrificio Missario statuendo, & ridet meam stulticiã, qui solus uelim sapere præ omibus, quod sit stultissimũ &c. Hic dico, confirmari hoc nomine meã sentẽtiã, nã hoc est quod dixi, Thomisticos asinos nihil habere, qd ꝓducant, nisi multitudinẽ hoim, & antiquũ usũ, Deide ad ꝓferẽtẽ scripturas, dicere, Tu es stultissimus omniũ, tu ne solus sapis? Tũc oportet sic esse. Mihi aũt stultissimo omniũ hoc satis est, quod sapiẽtissim⁹ Hinricus nullã scripturã cõtra me potest ꝓducere nec ꝓductas

contra se, diluere. Deinde cogitur cōcedere, suos patres sæpius errasse, suum antiquum usum, non facere articulum fidei, in quos fidere non licet, nisi Ecclesiæ illi multitudinis, cuius ipse defensor est cum indulgentijs.

Ego uero aduersus dicta patrum, hominum!, angelorū, dæmonum, pono, non antiquū usum, non multitudinem hominum, Sed unius maiestatis æternæ uerbum, Euangelion, quod ipsimet coguntur probare, in quo Missa euidēter traditur esse signum & testamentum dei, in quo nobis promittit & signo certificat gratiam suam. Hoc enim opus & uerbum dei, non nostrum est. Hic sto, hic sedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho, hic insulto, Papistis, Thomistis, Henricistis, Sophistis, & omnibus portis inferi, nedū dictis hominum, q̄tumlibet sanctorum aut consuetudini fallaci. Dei uerbum est super omnia. Diuina maiestas mecum facit, ut nihil curem, si mille Augustini, mille Cyprianí, mille Ecclesiæ Henricianæ contra me starent. Deus errare & fallere nō potest: Augustinus & Cyprianus, sicut omnes electi, errare potuerunt, & errauerunt. Hic respōde domine Henrice, Hic esto uir, assertor, Hic scribe libros. Maledictio tua nihil est, Criminatio tua nihil facit, Mendacia tua contemno, Minas tuas non metuo. Obstupescis enim hoc loco, sicut truncus, cum alioqui nihil nisi uerba sis.

In uerbo dei triumphat Lutherus.

Turpissimum est tanto Regi tantum librum scribere, & hoc caput meum nolle tangere. Nec est repertus, qui unq̄ ausus sit tangere, quotquot huc appropiant, fugiunt per septem uias retrorsum, qui magno impetu & clamore triūphali per unam uiam irruerunt. Mirum est, q̄ uellēt hic nocere, q̄ graue sit hoc spectrū in oculis eorū. Sed nullus prudentius sese hic gessit Rege Henrico, qui Luherum uastaturus, protestatur sese hoc robur non tacturum. Sed nec habeo, nec ago gratias tantæ beneuolentiæ, immo male ualeat ira & furor eius, si nocere potest & non facit.

Furorẽ uero eius, quo inuehitur in me, quod docuerim fidem sine operibus optimã præparationem ad sacramentũ, & Christianos non oportere legibus astringi ad percipiendum, contemno, Sũt enim uerba hominis, qui putet, homines apud deum legibus fieri bonos, minus sciens, quid sit fides & opera & quid leges operentur malorum in conscientijs, cũ insensatus iste stipes. Non enim Papistarũ est hæc nosse, sed ut Petrus & Iudas dicunt, ignorata tantum blasphemare. Conscientijs enim non legibus, sed sola gratia consulitur, legibus, præsertim humanis, miserrime conficiuntur. *Conscientijs quibus consulatur.*

Sed in fine huius loci, operæprecium est uidere, cũ anxie laboret, ut traditiones hominum necessarias statuat, aduersus meam sententiam, qua statui, Extra scripturas nihil esse statuendum, aut si statuitur liberum & non necessarium habendum, cum simus domini etiam sabbati per Christum liberatorem. Arguit itacũ Rex.

Primo sic, Si nihil seruandum est, nisi quod scripturis ꝓditum est, cum scriptum nõ sit, sacramentum esse a Christo sumptum, sequetur, nec sacerdotes posse sacramentum sumere. Hac Thomistica hypothesi fretus, sic reducit syllogismum contra me, Sacerdotes sumunt sacramentum necessario, & hoc non habet Euangelion, ergo & alia extra Euangelion sunt obseruanda necessario.

Hoc Thomisticissime concluditur, per regulam consequentiarũ illis familiarem, quæ uocatur, petitio principij. Nam quod necessarium sit sub peccato mortali, sumi a sacerdotibus sacramentum, Rex primũ probari debuit. Ego enim liberum esse dico, sumi & non sumi a sacerdotibus, Necessarium autem est per traditiones hominum & usum multorum. Quare Thomisticus Rex, ualde bene probat, traditiones per traditiones, negatum per negatum, talibus enim non alijs probationibus niti debet assertio sacramen

torum & tota Henricalis Ecclesia.

Secundo sic. Christus sacramentũ consecrauit, non Apostoli, ergo non licebit Apostolis aut sacerdotibus consecrare, quia non licet aliud statuere aut facere, cũ scriptura habet. Quod si miser ille Lutherus hic uelit effugere & dicere, Christus mandauit Apostolis consecrare, ubi dicit, Hoc facite, præoccupat impropitius meus dominus Henricus, dicens, hoc esse dictum de recipiendo, non de consecrando. Christe seruator, quam inaudita cæcitas & amentia est in istis hominibus. Si hic ĩterrogauero, Domine Henrice, qua grammatica didicit dominatio uestra? quis uocabularius uobis dixit, Hoc facite, id esse, quod accipite? Respondebit, Oportet sic esse, quia nomina sunt ad placitum. Sed dimissis istis porcis, dicamus,

Christus sumendi usum, instituit, quando dixit, Accipite & manducate, ut uerba ipsa apertissima testantur, non quidem Henricis istis & truncis, sed quibusuis pueris & fatui. At consecrandi officium instituit, dum dicit, hoc facite, Facere enim est hoc totum imitari, quod ipse tunc fecit. Et quid dicam istis sacrilegis portentis, qui talibus argumentis indicant, cũ ex impotentissima inuidia sic scripserint, ut nihil ineptius & insulsius fingi possit? Si enim hoc argumentum stolidi Regis ualet, in nulla re licebit Christum imitari, finge enim Christum non instituisse consecrare sacramentum (quod impossibile est) tamen exemplum consecrandi ostendit & scribi uoluit, nisi Rex noster id contendat, nos nec orare, nec benefacere, nec pati oportere, qa nihil de nostris orationibus, operibus & passionibus scriptum est. Vincit me tedio plane Regis stolidissimi immensa stoliditas.

Verbũ Augu. Euãgelio non crederẽ &c.

Quare ad summũ principiũ perfidiæ eius calamũ uertamus, quod est uerbũ Augustini, Euangelio nõ crederem, nisi me Ecclesiæ autoritas cõmoueret, hoc uerbũ sacrilegi

eo torquent & deprauāt, ut Ecclesiæ (hoc est meretrici Romanæ, cui præter titulum nihil est Ecclesiasticū aut Christianū) tribuant ius leges cōdendi. Huic addit dominus Hinricus, ut eiusmodi uerbi autoritate etiam me urgeat, per propria uerba, ubi dixi, Apud Ecclesiam esse ius iudicādi quæ libet dogmata. Ego nulla re uideo, huic rudissimo capiti Regis opus esse, cū uel uocabulario Gemma uel Breuiloquo, ut uocabula cū pueris inciperet discere, nisi id ex mera Thomistarum nequitia facit, ut omnia uocabula omnia significare cogat, ut etiam hic ius iudicandi idem sit quod ius statuendi uel condendi leges.

Breuiter, Si Aug. etiā rotundis uerbis asseruisset, ius esse alicui in Eccl'ia leges cōdendi, quis est Augustinus? Quis nos coget illi credere? Qua autoritate eius uerbū ē articul' fidei? Fateor, receptū est eius uerbū, sed nō satis tutū neq; firmū. Diuino edicto probādū est ius legis cōdēdæ, nō humano. Nūc aūt Augustini uerbū nō simpliciter uitiāt, Ille ēm loquit, de Eccl'ia p orbē diffusa, cui' est de dogmatib' iudicare. Illi hoc tribuūt Papæ, quē ipsimet cōfitent mēbrū diaboli sæpius esse & errare. Nec solū ei iudicādi, uerū etiā & condendi ius & copiā faciūt. Proinde opus est, ut rudibus istis sophistis, hic declaremus, quid inter sit inter ius iudicādi seu cognoscendi, & inter ius condendi seu imperandi.

Quid iter ius iudicandi & ius imperādi.

De doctrina cognoscere & iudicare ptinet ad oēs & singulos Christianos, & ita ptinet, ut anathema fit, q hoc ius uno pilo læserit. Christus ēm ipse hoc ius statuit inuictis & uarijs sentētijs. Matt. 7. Attēdite a falsis pphetis, qui ueniunt ad uos in uestimētis ouiū. Hoc uerbū certe dicit ad populū aduersus doctores, & mandat eis, ut falsa dogmata eorū uitent. At quomodo uitare possunt, nisi cognoscāt? quomodo cognoscere, nisi ius habeant iudicādi? Nūc aūt nō solum ius, sed præceptum iudicandi statuit, ut hæc sola autoritas satis esse queat aduersus omnium pontificum, omniū patrū, omnium Conciliorū, omnium scholarum sentētias,

quæ ius iudicandi & decernendi solis Episcopis & ministris tribuerunt, & impie ac sacrilege populo, id est, Ecclesiæ reginæ, rapuerunt. Stat enim Christus, dicens, Attendite a falsis prophetis.

Huic subscribunt ferme omnes omnium prophetarum syllabæ. Quid enim agunt prophetæ, nisi quod populum monent, ne falsis prophetis credat? At quid est hoc monere, nisi iudicandi & cognoscendi ius penes populum esse, declarare & confirmare, ipsumq; sui operis monefacere & excitare, aduersus omnes omnium suorum sacerdotum & doctorum doctrinas? Quare hic concludimus, quoties Moses, Iosue, Dauid omnesq; prophetæ, in ueteri lege populũ a falsis prophetis uocant & monent, tocies clamant, mandant, confirmant, excitant, ius cognoscendi & iudicandi omnium omnia dogmata. At hoc infinitis locis faciunt. Habet hic Hinricus noster aut ullus impurus Thomista, quod istis ogganniat? Nonne obstruximus os loquentium iniqua?

Redeamus ad nouam legẽ. Christus Ioh. 10. dicẽs. Oues meæ uocem meam audiunt, Vocem uero alienorum non audiunt, sed fugiunt ab eis. Nonne hic oues facit iudices, & ius cognitionis transfert ad auditores? Et Paulus cum. 1. Corint. 14. dicit, Vnus dicat, cæteri iudicẽt, quod si sedenti reuelatum fuerit, prior taceat, Nõne & hic iudicium penes auditorẽ esse uult? Sic quicquid Christus Math. 24. & ubiq; de falsis doctoribꝰ, qcquid Petrus & Paulus de falsis Apostolis, magistris, & Iohannes de probandis spiritibus, præcipiunt, eo pertinet, ut iudicandi, probandi, damnandi auctoritas apud populum sit, Idq; iustissime.

Nã unusquisq; suo periculo recte aut false credit, ideoq; cuiq; pro se curandum est, ut recte credat, ut etiam communis sensus & salutis necessitas urgeat, necessario iudicium doctrinæ penes auditorẽ esse. Alioqui frustra dicitur, omnia

probate

probate, quod bonum est tenete, Et iterum, spiritualis oĩa iudicat & a nemine iudicatur. At quilibet Christianus est spiritualis a spiritu Christi. Omĩia uestra (inquit) siue Apollo, siue Paulus, siue Cephas, idest, de omnium dictis & factis iudicandi ius habetis.

Tu nunc uide, cuius spiritus fuerint, sacrilega illa & abominãda Concilia, quæ aduersus tanta totius scripturæ fulmina apertissimasq; sententias ausa sunt, sibi pontificibus arrogare ius iudicandi & cognoscendi, insuper & imperãdi & condendi. Asq; dubio Satanæ istæ fuerunt cogitationes, quibus in orbem inundauit operationes erroris, & abominationẽ in loco sancto statuit, securissima tyrannide, postq; populo erepta est autoritas iudicandi, quam pauere cogerentur falsi doctores, & patefacta uia per stolidam populi superstitiosamq; obedientiam & patientiã uniuersis erroribus & abominationibus irruendi. Consilia

Et ut hic mei Hinrici & sophistarũ recorder, qui a longitudine temporũ & multitudine hominum pendent cum sua fide. Primum negare non potest, huius rapti iuris tyrannidem ultra mille annos durasse, nam in ipso Concilio Niceno, omniũ optimo, iam tum incipiebant leges condere & ius istud sibi uendicare. Atq; ab eo tempore hactenus inualuit, ut nihil receptius sit, nec firmius aliquid multitudine hominum & diuturnitate probari possit, q̃ hoc ius adeo ut nemo id non putet hodie, sanum, rectũ ac diuinũ esse. At hic uides, sacrilegium & impietatem esse, aduersus euidentissimas & inuictas scripturas dei. Quare si tantus error & tale sacrilegiũ tanta longitudine tẽporis, tãta multitudine hominũ uel consentiente uel seducta uel probante, regnauit aduersus ueritatẽ dei, semel uolo hic omnibus Sophistis & Papistis capitale eorum argumentũ de longitudine & multitudine ad puluerẽ usq; cõtritũ & os obstructũ, ut uideãt, cur deus nolit nos ulli creaturæ, quantũuis

lōgæ & multæ & magnæ credi, ſed ſoli ſuo ifallibili uerbo.

Habemus itaq; abſq; omni cōtrouerſia, ius de doctrinis cognoſcendi & iudicandi ſeu probādi eſſe penes nos, non penes concilia, pontifices, patres, doctores. At hinc non ſequit, eſſe ſimul penes nos ius cōdendi leges, Nā hoc ſoli dei eſt, Noſtrū eſt legē & uerbū ei cognoſcere, probare, iudicare, & ſecernere, ab omnibus alijs legibus, ſed nequaq; condere aut mandare, Neq; enī ſequit ex uerbo Chriſti, Attendite a falſis pphetis, ergo ueſtrū eſt prophetare, imo, ut Petrus ait, Nunq; uolūtate humana eſt allata pphetia, & nulla interpretatio ſcripturæ fit ex ppriis, ſed inſpiratiōe ſpiritus ſancti locuti ſunt ſancti dei hoīes. Ita nō ſequitur. Oues meæ uocē meā audiūt, ergo oues uocē meā condent uel facient, imo contrariū ſequit. Vocem meā ego condo, oues autē conditam agnoſcunt, probant & ſequuntur.

Quare uidemus hic, oēs Pontifices, oīa Cōcilia, omnes ſcholas, qui aliud in Eccleſia ſonāt, q; uerbū dei ſolius, eſſe lupos, Satanæ miniſtros, & falſos prophetas. Simul intelligimus inſignem Hinrici noſtri & oīm Thomiſtarū ſtolidi tatē qui os ſuū impudēs in cœlū ponūt & dicere audent in hoc ſacrilego libello, Etiā ſi ſacramentū ordinis nō eſſet in ſcripturis inſtitutū, tamē penes Eccleſiā eſſe ius inſtituendi eius. Et q; ſtulte uerbū Auguſtini, quod de Euangelio per Eccleſiā toto orbe cognito & probato loquitur, aptarit ad ius traditionū arbitrio impiorū hominū ſtatuendarum. Iſte eſt modus intelligēdi dicta patrū & ſcripturæ, Hi ſunt qui ſcribunt aſſertiones ſacramentorū. Horū multitudo & diuturnitas eſt poteſtas faciēdi articulos fidei, tam ſtupidi & hebetes, ut inter cognoſcere & īperare nihil diſcernant.

At hic dicent, Si ſingulorum eſt ius iudicādi & probandi, quis erit modus, ſi iudices diſſenſerint & unuſquiſq; ſecundū ſuum caput iudicarit? quare neceſſe eſt unum eſſe, cuius iudicio ſtent cæteri, cōtenti, ut ſalua ſit unitas Eccle-

ſiæ. Reſpondeo, hoc cauillũ nullos rectius decet, q̃ Thomiſtas. Quæro enĩ & ego, quis hodie modus eſt, ubi oẽs iudicio unius Papæ ſtant? ubi hic eſt unitas ſaluaꝰ? An hoc eſt unitatẽ eſſe ſaluam, externo Papæ nomine uniri? Vbi manet unitas cordium? Quis eſt certus in conſcientia ſua, Papam recte iudicare? At niſi certitudo ſit, nulla eſt unitas, ideo ſub Papa eſt quidẽ pompa externæ unitatis, ſed intus non niſi cõfuſiſſima Babylon, ut nec lapis ſuper lapidẽ ſit, nec cor cum corde ſentiat. Vt uideas, q̃ feliciter medeatur rebus ſpiritualibus humana temeritas ſuis ſtatutis. Alia igitur uia unitas Eccleſiæ quærenda eſt.

Sub Papa nulla pax uera.

Hæc eſt, quam Chriſtus ponit Iohan. vj. Erũt omnes docibiles dei, Omnis qui audiuit a patre meo, uenit ad me. Ille inq̃ internus ſpiritꝰ ſolus unanimes habitare facit in domo, hic docet idem ſapere, idẽ iudicare, idẽ cognoſcere, idẽ probare, idẽ docere, idem confiteri, idẽ ſequi. Vbi ille non fuerit, impoſſibile eſt, ut unitas ſit, Et ſi qua fuerit, externa & ficta eſt. Quare & deo nihil curæ eſt, ut impij homines unum uel nõ unum ſint, qui unitate ſpiritus inanes ſunt. Suis filijs ad externam unitatem ſufficit, unum Baptiſma, & unus panis, tanq̃ communes characteres & ſymbola, p̃ quæ fidei ſuæ & ſpiritus unitatem profitentur & exercent, Papiſtica Eccleſia, ſuam unitatẽ in unitate externi ſui idoli Papæ locat, interne autem confuſiſſimis erroribus diſperſa in omnes uoluntates Satanæ.

Vnitas eccleſiæ.

Reuertamur ad inſtitutum. Miſſam itaq̃ extorſimus & triumphamus aduerſus aſſertorem ſacramentorũ, non eſſe opus neq̃ ſacrificiũ, ſed uerbũ & ſignũ gratiæ diuinæ, quibus erga nos utitur pro fide in eum erigẽda & firmãda. Videmuſq̃ q̃ ſit infatuatus Satan, ut quo diutius & magis in nos furiat & ſcribat, eo inſulſius & inepti⁹ delyret. Nã iſte liber Regis, ut omniũ, qui cõtra me ſcripti ſunt, fere eſt latiniſſimus, ita eſt certe omniũ ineptiſſim⁹ & ſtolidiſſim⁹, ut

Miſſa quid.

pene nostris Lipsensibus scriptoribus eum tribuerim, qui sic solent argutari, quando argutantur optime.

Super missam totum Papisti cum regnum edificatum.

Triumphata uero Missa, puto nos totum Papam triumphare. Nam super Missam, ceu rupem, nititur totus papatus cum suis monasteriis, Episcopatibus, collegiis, altaribus, ministeriis & doctrinis, atq; adeo cũ toto uentre suo. Quæ omnia ruere necesse est, ruente Missa eorum sacrilega & abominanda, sic Christus per me cœpit abominationes in loco sancto stantes reuelare, & destruere eum, cuius aduentus fuit per operationẽ Satanæ in ꝓdigiis & signis mẽdacibus. O miserum illum defensorem Ecclesiæ Papisticæ. O miseram Ecclesiam, quæ frustra indulgentias suas pro tanto libello profudit. Nisi quod digna merces reddita est tam defensori q̃ libello. Quales enim sunt indulgentiæ, talis est Ecclesia, talis defensor, talis & libellus.

Hæc mihi pro defensione primi sacramẽti satis sint, in q̃ asserendo maxime laborauit assertor, dñs Hinricus, ut qui nõ ignorauit in hoc esse sitam summã salutis Papistici regni. Cætera cogor differre, obrutis multis aliis occupationibus, tum maxĩe transferẽda Biblia, necessaria scilicet opa. Ne Satanæ studia ipse prosperem nimio, qui ꝑ hos insulsos libellos me impedire cogitat, sed nihil efficiet. Neq; magni operis fuerit, stolidos Thomistas in reliquis sex sacramẽtis cõfutare, cũ nihil ꝓferãt dignũ respõsione ꝑ tota sex sacramẽta, nisi illud unũ, q̃d de sacramẽto ordinis adducit, Paulũ scilicet ad Titon iubentẽ ut ꝑ Ecclesias ordinet presbyteros, hoc loco em̃ uult institutũ ordinis sacramentũ.

Biblia transfert Luth.

De Sacramento ordinis.

Sed nõ uidet larua Thomistica, quid uel ego dicam uel ipsemet respondeat. Ego ordinẽ negaui sacramentũ esse, id est ꝓmissionẽ & signũ gratiæ adiectũ, quale est Baptismus & panis, nõ negaui, imo asserui, esse uocationẽ & institutionẽ ministri & cõcionatoris, siue hoc fiat autoritate unius Apostoli uel põtificis sola, uel populi eligẽtis & cõ-

ſentientis ſimul, nihil refert. Q̃q̃ rectius fiat populo eligẽte & cõſentiente, quo modo Apoſtoli. Actuũ. iiij. ſeptem Diacones inſtituerũt. Nã ut Paulus Titon iubeat presbyteros ordinare, nõ tamẽ ſequit ſolum Titon ſua autoritate id feciſſe, Sed exẽplo Apoſtolorũ, p ſuffragia populi eos inſtituiſſe, alioqui pugnabũt uerba Pauli cũ exemplo Apoſtolorũ. Quæ uero de impoſitiõe manuũ ad ordinis ſacramentũ trahit, uidẽt pueri, nihil ad ordinis ſacramentũ pti nere, ſed more ſuo Papiſtico ſic e ſcripturis facit, q̃dcũq̃ uiſum fuerit. Impoſitio manuũ tũc erat donatio uiſibilis ſpũs

Et quid dicam? ne nomẽ ſacramenti quidẽ intelligere uoluit, quod euidẽter oſtendit, cum locum Pauli Ephe. v. tractat, de matrimonio, quẽ Paulus de Chriſto & Eccl̃ia ponit, dicẽs, ſacramẽtũ hoc magnũ eſt, ego uero dico in Chriſto & Eccleſia. Neq̃ em̃ ſcriptura patit̃, ut matrimoniũ ſacramentũ dicat̃, cũ ſacramentũ uſu totius ſcripturæ, ſignificet rem ſecretam & abſconditã, quã ſola fide conſequi poſſis. Matrimoniũ autẽ adeo non eſt res abſcondita aut fide percepta, ut niſi palam ob oculos fiat, matrimoniũ eſſe nõ poſſit, cum ſit copula maris & fœminæ externa & publica profeſſione & cõuerſatiõe firmata. Sed nihil mirũ, Thomiſtas aſinos ſic delyrare, apud quos nihil neq̃ ſani, neq̃ recti deus eſſe uoluit. Q̃q̃ ego hoc uulgato uſui dedi, ut ſacramẽta uocent, quæ potius ſigna uiſibilia ſunt, tantum negaui in ſcripturis ſacramenta uocari.

(ſancti. Matrimonio.

Summa rerũ hæc eſt, Totus liber Henrici nitit̃ hominũ uerbis, & uſu ſeculorũ, nullis dei uerbis neq̃ uſu ſpiritus, ut ipſemet fateri cogit̃. Contra, ſumma mearũ rerum eſt, Verba hominũ & uſum ſeculorũ, ut tollerari & teneri poſſunt, ſicubi nõ pugnãt ſcripturis ſanctis, tamẽ articulos fidei & neceſſariã obſeruantiã nõ facere. Si itaq̃ Rex Hinricus, cõiunctis omniũ Thomiſtarũ, Papiſtarũ, dæmonũ & hominũ, uiribus & ſtudijs, poterit oſtendere, neceſſariam

Rerũ ſumma.

humanorũ uerborũ obseruãtiam, uictus est Lutherus, suo ipsius iudicio & cõfessione, Nã tum demum articulos fidei habebo quicquid uel Thomistæ iusserint. Si non poterit, Victor est Lutherus, Quid enim aliud uolunt? neq; enim si mille millies libros scripserint contra me, aliud a me postulare poterunt.

Neq; enim ego quæro, quid Ambro. Aug. Concilia & usus seculorũ dicãt, nec fuit opus mihi, Henrico Rege Magistro, qui me hæc doceret, qui adeo pulchre ea noueram, ut etiã impugnarim. Vt mirãda sit stultitia Satanæ, quæ ijs me impugnat, quæ ipse impugno, & perpetuo principium petit. Nõ, inq;, disputo, quid a quoq; dictũ uel nõ dictum, scriptum uel nõ scriptum, sit, sed an hoc dictum & scriptũ, necessariũ sit seruatu, an sit articulus fidei, an sit æquale uerbo dei, an cõscientiã liget. De libertate & captiuitate quæro, pro libertate ego pugno. Rex pro captiuitate pugnat. Ego rationem libertatis signaui. Rex rationes captiuitatis omittit, & solũ blatterat, quæ sit captiuitas, debitores facit, & culpam nõ assignat. Valeat itaq; ineptus & miserabilis defensor Captiuitatis Babylonicæ & suæ Papisticæ Ecclíæ.

Asperitatis i regẽ caußa.

In fine, si quem offenderit mea in Regem asperitas, hoc sibi responsum habeat, Cum insensatis monstris me hoc libro agere, qui omnia mea optima & modesta scripta, tum humillimam meam submissionem, contempserunt, & magis ex mea modestia induruerũt. Deinde a uirulẽtia & mẽdacijs abstinui, quibus liber Regis refertissimus est. Nec magnum est, si ego Regem terræ contemno & mordeo, quando ipse nihil ueritus est Regem cœli in suis sermonibus blasphemare & uirulentissimis mendacijs prophanare. Dominus iudicat populos in æquitate, A M E N.

s, suo
fidei
erit,
enim
e po/

lia &
Ma
am,
æ ns
um
m,
oũ,
uer
uæ/
nat,
atis
acit,
bilis
ffix,
hoc
ocli
um
ma
mẽ
lec
eo,
ni/
a/
Ñ.

WS
hoss